

4
1762, 3
6

DISSERTATIO IN AVGURALIS IVRIDICA

DE

MANDATO CONSILII
AD STATVTVM IVRIS LVBECKENSIS
LIB. III. TIT. X. ART. VNIC.

QVAM
ILLVSTRIS IVRISCONSULTORVM ORDINIS AVCTORITATE
SVB PRAESIDIO

VIRI ILLVSTRIS ET CONSULTISSIMI
GODOFREDI LVDOVICI
MENCKEN

IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS, SERENISSIMO DVCI
REGNANTI A CONSILIIS AVLICIS, CVRIAEC PROVINCIALIS
GVELPHERBYTANAE ASSESSORIS ORDINARII, PROFESSORIS
IVRIS PVBLICI ORDINARII, ET FACVLTATIS IVRIDICAE
ORDINARII ET SENIORIS, EIVSDEM QVE H. T.

DECANI ET PROMOTORIS

PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS
RITE CAPESENDIS

PUBLIGAE DISQVISITIONI SVBMITTIT

AVCTOR
FRIDERICVS GERHARDVS VOGEL
LVBECKENSIS.

A. D. XVII. SEPTEMBR. c150CCLXII. H. L. Q. C.

HELMSTADII
TYPIS IOHANNIS DEIMBORNII.

DISCUTITIA DE LUGARIS ILLATUO
MUNDATO CONSILI
AD STATUTA VITIS LABORENS
TIE IN TIT. X. AN. 1515
MAY 6
TIT. 1515. DE LUGARIS ORIGINIS TESTIMONIIS
SAP. BRASIDIO
AN. 1515. ET CONSILIUM
GODFREDI LADACI
MENCKEN
TIT. 1515. A LUGARIA DICTORIA. SEQUITUR QM Dicit
EQUUM ET A CONSILIIS AVICORIS. QVIAE. HOMINIS
QVADRIGE. LAMM. ZEESTROK. QD. MARE. QD. LUGAR
TIT. 1515. A CONSILIIS ORIGINIS TIT. ACCESTAS. LUGAR
QD. LUGARIS ET SENOIORIS. EASDEM MAG. TIT.
HECMI ET PROLOGOPIUS
TIT. 1515. IN VITIOAE LUG. HONORIBVS
TIT. 1515. CIVITATIBVS
TIT. 1515. DISCUSSIONIS SUMMITS
TIT. 1515. DACTOR
TIT. 1515. GERMARDVS AGCI
TIT. 1515. SEPTEMBER 1515. C. H. H. TIT. 1515
TIT. 1515. SOHNRIUS DECIMOBUS



§. I.

INSTITVTI RATIO EXPLICATVR.



Quum legibus Academiarum sanctum sit, vt, qui summorum in vtroque iure honorum desiderio tenentur, publicum aliquod diligentiae specimen exhibeant; mihi eodem studio flagranti de simili specimine cogitandum fuit. Ea vero difficultas, quae nonnullis in eligendo themate suboriri solet, & inconstantia, qualem doctrinam commentatione comprehendant, animum meum non amplius perturbavit, simulac singulare quoddam *iuris patrii* pertractare constituebam. In primis autem ad argumentum propositum animum meum adcinxi, quoniam ratio eius videtur ita comparata esse, vt vix dubitari queat, fore, vt ob aliquam, nisi forte insignem, in foro utilitatem lectorum animis se commenda ret. Videmus enim inter mercatores, & alios nihil frequentius, quam consilia contrahentium, variasque

abnra A. in reg. mon. ib. collau-



collaudationes & rerum & personarum, quibus se mutuo decipiunt, & obligantur. Vnde autem oriuntur obligationes eorum, qui fallendi causa infidiose & obscure loquuntur, & dissimulant; qui aliud suggesterunt, quam vere subesse sciunt, nisi ex calliditate & dolo, quem leges nullibi excusant, sed strenue persequi iubent? Quamquam vero circumscriptio iure civili in contractibus permisita; a) minime tamen quoad quantitatem infinitam; b) nec dolus dici potest, sed prudentia, & industria quaedam oeconomica, studiumque aliquod rei familiaris augendae. Est enim ea contrahentium natura, c) vt velint in vendendo & emendo lucrum aliquod facere: nam sublata spe quaestus languet mercatus. Quodsi igitur animaduertendum est in homines aliud agentes, aliud simulantes, qui perfidi, improbi, malitiosi a CICERONE iam dicti sunt, d) quid de iis existimandum est, qui, variis boni consilii rationibus additis, ad contrahendum aut venditorem aut emtorem inducunt? Eadem certe, nisi maior, videtur tam horum quam illorum malitia, quae in eventu patet. Ac ne illud quidem durum videtur, aut iniquum, vt exitu rei consultor obligetur, eiusve fides ex eventu existimetur. e) Quamvis enim prava magis quam bona consilia prospere eveniant f)

nec

a) Vid. L. 16. §. 4. D. de minoribus 25. annis. L. 22. §. 3. Locati Conducti. Quin immo haec circumventionis, seu potius solertia negotiatio iure canonico obtinet, cap. pen. X. de Em.

b) L. 2. C. de rescind. vendit.

c) Quam ex modo, qui emtionis venditionis substantia dicitur L. 8. C. de rescind. vendit. perspicimas, quam emtor viliorre comparandi, venditor cariore distrahendi votum gerat.

d) de Offic. Lib. 3. cap. 14. vbi de C. Canio refert, cum Pythii vanitate orationis incensum fuise, vt hortum eius emeret.

e) DEMOSTHENES I. Olinth., suo iam tempore duram dixit conditionem eorum, qui in dandis consilio versantur, quum eorum fides ex eventu soleat existimari.

f) Vid. SALVSTII Orat. 2. ad Caesarem de republ. ordinanda.

nec de futuro satis callidus atque prudens quisquam sit, tamen cordati & aequi indices casum a dolo & culpa facile distinguunt, & adeusatum consultorem, cuius consilium salua fide dato fortuna non respondit, ex generali fundamento absolvunt. g) Quid enim debet qui consilium dat praestare praeter fidem? h) Recte igitur IUSTVS LIPSIUS i) quis mali, inquit, consilii poenas unquam luit, si non ipse malus? fides ubi constat, caligo & imbecillitas ingenii excusanda. Ac de iure quidem civili & canonico generaliter sancitum est, ut nulla sit consilii obligatio nisi fraudulenti, ex quo quis propter fidem consilientis captus fraudatusve fuit. Nam quanti verba VLPIANI! k) Consilii non fraudulentem nulla obligatio est, cacterum si dolus & calliditas intercessit, de dolo actio competit. Nec vero leges scriptae tantum malitiam consulitoris fraudemque vindicant, sed etiam naturalis ratio postulat, ne alterius dolus aliis noceat, l) sed ut ille, qui alterum ex proposito laedit, obligetur. m) Quid ergo? Hoc sane luculenter ex LLbus & ratione constat, consultorem ad damnum ex doloso consilio datum resarcendum omnino teneri. Sed, quum haec tenus a me dictum sit, neminem ex consilio obligari, dummodo non sit fraudulentum, illud forsitan querendum est, num in iure nullus plane consilii effectus dari possit, nisi statim aut dolus, aut fraus, aliaque delictorum concomititia

A 2

g) Vid. August. de LEYSER §. fin. D. mandat. Imp. IUSTITIA
Meditation, ad D.Spec. 61. med. I.
h) Verba sunt CICERONIS tifex in cap. 62. de regul. iuris
in epist. ad Atticum 16. 7.

i) De militia romana Lib. 5. l) L. 26. §. fin. D. de noxal.
dialog. 20. actionibus.
k) in L. 47. D. de regulis iuris, vid. etiam CAIVS in L. 2. iure.

m) arg. §. 3. L. de iustitia &

iure.



tia adsint? Non placet. n) Interdum enim consultor simplicissimos consilii terminos excedit, ut non amplius liberum sit alteri apud se explorare, an consilium sibi expediat, si ille non tantum, quod ipsi bonum videtur, demonstrat, sed alterum etiam multis persuasionibus ad faciendum ita vrget, ut blanda vi impulsus fidem eius sequatur. Quid mirum igitur, si eiusmodi consilium alium effectum scil. obligationem producat? Is enim, qui instanter alterum vrget & tam anxie, ut illud fiat, curat, censetur hoc tertii alicuius, vel propria causa facere; quapropter, quum alter eius fidem sequi videatur, inter illos mandati actio datur. o) Itaque qui consultoris vices egreditur mandans fit, p) & prouti fideiussor directe pro alio intercedit q) ita mandator indirecte & per consequentiam obligatur. r) Quoniam igitur consultorem fieri posse mandantem, mandatorem vero fideiuss-

n) Equidem non ignoro LVD-WELLVM (in comment. ad I. tit. mandat. §. 6.) & GIPHA-NIVM (in disput. ad I. antinom. L. 3. disp. 30. n. 19.) supra dictam iuris regulam tanquam immutabilem formare, quasi consilium nunquam obliget, nisi sit fraudulentum, etiamli datum sit ei, qui alias haud contracturus fuisset, rationem ICti C A I I (in e. L. 2. §. fin. D. mand.) allegantes: quia liberum est cuique apud se explorare, an expediat sibi consilium. Sed brevitas studio id tantum respondeo; saepe dictas LLes scil. L. 2. §. f. D. mand. L. 47. de R. I. cap. 62. de R. I. in 6. intelligendas esse de

consilio mere nudo, & obstat contrariae sententiae L. 6. §. 5. D. mandat. vbi animus mandandi praefumitur.

o) L. 6. §. 5. D. mandati vel contra.

p) Vid. SAM STRYCK de Caut. Contract. sect. 2. cap. II. §. 17.

q) L. 1. §. 8. D. de obligacionibus & actionibus.

r) L. 12. §. 14. L. 28. D. mandat. Atque in eo potissimum mandator differt a fideiussore, nequit vero in eo, quod fideiussor obligationi principali accedit, quoniam fideiussio etiam obligationem antecedere potest. §. 3. I. de fideiussoribus L. 6. §. f. D. eod. Ant. HERING de

iussori in effectu similem esse videmus, s) ad rite conficiam disquisitionem, quatenus consilium vim mandati habeat iure Lubecensi, generalia doctrinae de intercessione principia praemittenda esse arbitror, ex quibus futura quaestio nostra resolutio vnicet petenda est.

§. II.

DE NATURA INTERCESSIONIS.

Optime autem institutio haec de intercessione eiusque natura perficietur, si ea, (vt omnis de re aliqua debet,) a definitione proficiscatur, vt intelligatur, quid sit *intercedere*, & quomodo ab aliis sibi cognatis differat. Videtur autem, si *vocem* consideramus, nihil aliud, quam inter duo extrema medium interiicere, & secundum *rem ipsam*, qua in genere omnem obligationem pro altero denotat, t) inter debitorem & creditorem personam interponere, quae pro alio se obligat. Ex quo iam sequitur, intercessionem esse eam conventionem, qua quis alienam obligationem in se suscipit. Quae quia conventio frequenter initur a parte intercedentis per propositionem practicam, vt philosophi dicunt, qua, quid faciendum sit, declaratur; definiri potest intercessio per actum, quo quis per propositionem practicam ad obligationem alterius concurrit, cum animo se ipsum obligandi. Atque haec voluntas se obligandi genuina est intercessio-

A 3

natu-

de fideiussoribus cap. XI. n. 180.
sqq. Differunt tamen in aliis,
quae tradunt HERING c.XVIII.
n. 2. 3 & cap. XX. n. 24. Petr.
MÜLLER ad STRVYII Syn-
tagma juris civilis Ex. 47. thes.
35. lit. e. Wolfgang. Ad. LAVTER-
BACH. Colleg. Theoret. Pract.
Lib. 46. Tit. I. §. 3. & alii.

s) Nam mandatoris fide ea-
dem securitas creditoribus datur,
quae per fideiussores L. 32. D.
mand. Vnde a PAVLO ICto
mandator fideiussor dicitur L. 71.
D. de fideiussoribus.

t) L. 2. §. 5. D. ad Sct. Velle-
ianum.

natura & differentia a reliquis negotiis, quibuscum aliquatenus cognata videtur. Ita enim differt ab *Adsertione*, qua quis per propositionem theoreticam, scil. qua simpliciter certa rei vel personae qualitas exponitur, ad obligationem alterius concurrit. Nam adsertor actiones, facultates, virtutes alterius historice tantum refert, vnde alii laudandi campus patescat; minime vero laudat, quod efficitur, si certa rei vel personae qualitas determinata, quam quis desiderat, adfirmatur, reique vel personae tribuitur. u) Haec *laudatio*, si sit per verba ore prolatas, in *specie talis audit*; si per scripturam *litterae commendatitiae*: quae, si de persona in iis agitur, continere solent expositiones meritorum alicuius apud alterum, ut hic illi officia humanitatis ac benevolentiae praestet. x) Ex harum propositionum cortice voluntas se ipsum obligandi colligi nequit; actus enim omnes a principali agentium intentione aestimantur, y) nec ultra intentionem eorum operari debent. z) Denique autem eandem absentiam voluntatis se obligandi animadvertisimus in *Consilio*, quod in genere est *declaratio*, *quid alteri faciendum quis putet*. a) Quam declarationem qui profert vel operam simul dat, ut alterum determinet ad consilium sequendum, si nimis non tantum consulit &, quid ipsi videtur, demonstrat, sed etiam sequi nolentem multis rationibus sollicitat, urget, & quasi impellit; b) vel non curat, ut illud ipsum praecise fiat, sed solummodo indicat expositis,

u) Vid. L. 7. §. f. D. de dolo malo L. 19. pr. de aedilit. Edictio.

x) L. 12. §. 12. D. mand. L. 11. §. 2. de leg. 3.

y) L. 4. pr. D. de rebus creditis L. 1. C. ad L. Cornel. de sacrificiis.

z) L. 19. D. de rebus creditis.

a) Quare, quum consultor

proprié non declareret, eum etiam velle, ut consilium sequatur adcipiens, concursus ad actiones alterius per consilium ad actus intellectus refertur, vid. WOLFI Institutiones iur. nat. & gentium P. I. cap. I. §. 26.

b) L. 1. §. 3. D. de servō corrupto, L. 50. §. 3. D. de furtis.

tis, si libet, rationibus, quid faciendum sit, & illud libero adcipientis arbitrio relinquunt. c) Illo casu dicitur *non-nudum consilium*, seu potius *persuasio*, hoc vero *nudum s. in specie tale*. Duplex igitur est consilii genus, d) quorum unum cum intercessione in effectu id commune habet, ut obligationem producat; e) quoad *formam* autem, quam hoc loco vnicet quaerimus, convenientia est consilii cum intercessione nulla, nisi ea, quae communis est paulo ante nominatis, quod per propositionem, & quidem practicam ad actiones vel obligationes alterius concurrat. Is enim qui consilium dat, licet alterum verbis commovere studeat ad consilium sequendum, declaracionem eiusmodi, profert citra animum se ipsum obligandi, qui tamen requiritur, ut quis obligetur ex conventione. f) Ex quibus vberime dimanat id, quod quaerimus, intercessionis naturam esse animum se ipsum obligandi & in eo a quoconque concursu ad obligationes alterius per propositionem g) differre.

§. III.

DE VARIIS INTERCESSIONIS SPECIEBUS.

Exposita iam definitione intercessionis sequitur, ut solliciti simus de divisionibus illius, maxime tamen de

c) Veluti si quis amico consuleret, vt pecunias suas potius in emtiones praediorum collocares, quam foeneraret. L. 2. §. 6. D. mandati L. 10. §. 7. eod. L. 1. §. 14. D. depositi.

d) Dantur autem plures consili divisiones, quae videre sunt in Wolfgang. Ad. LA VTERBA CCHI Diff. de consilio eorumque iure P. 1. cap. 1. th. 4.

e) Si scil. consilium libero adcipientis arbitrio non relinquatur.

f) Vid. L. 3. §. 1. D. de Obligationibus & Actionibus.

g) Probe inquam per *propositionem*; potest enim alia ratione, quae hoc non pertinet, concurre ad obligationem alterius e. g. per praepositionem, vnde infinita actio, exercitoria,

iis, quae infra in resolvendis practicis quaestioneibus usum
praebebunt. Harum autem duplex ratio adtendenda; altera
ab obiecto, altera ab affectu defunta. Ac primum quidem,
quum intercessionis obiectum sit valida omnis generis
obligatio, h) ponderandum est, an quis ob alterius iam
contractam, an demum contrahendam obligationem fi-
dem suam interponat, i) v. c. si quis dicat: crede illi pe-
riculo meo; des ei nummos fide & periculo meo. k)
Priori casu *intercessio in specie audit*, posteriori manda-
tum qualificatum est, quod coniunctam habet interces-
sionem, unde *mandatum cum intercessione* dicitur. Nunc
autem restat, ut intercessionis species ab Effectu consti-
tuamus. Cuius species duae sunt. Altera est *intercessio prin-
cipialis* seu *expromissio*, quando debitoris obligatio
principaliter seu ita suscipitur, ut debitor prior plane vel
statim liberetur; l) altera est, novo certe iure, m) sub-
sidaria intercessio, quando debitoris obligatio tantum in
subsidium, seu eum in casum, suscipitur, si debitor non
solvat. Ex diversa vero huius obligationis indole diversi
nascuntur effectus. Illa enim praecoxens debitoris obli-
gatio tollitur, quum expromissor privative intercedat, &
principalem debitorem se constituat; n) hac autem prin-
cipialis

h) Vid. L. 6. §. 2. L. 8. §. 6. L.
16. §. 3. D. de fideiuss. & manda-
toribus.

i) Vid. *praeter* multas alias
Leges L. 63. D. de fideiussoribus
& mandatoribus, ibi: ut si cen-
tum quae mutuo dederit; tum
obligatio alterius iam contrafacta
est. L. 4. C. ad SCt. Velleianum.

k) Vid. L. 6. §. 3. L. 12. §. 13.
14. mandati vel contra L. 24. D.
de fideiussoribus & mandatori-
bus. cf. L. 7. 8. C. Mandati.

l) Vid. §. 3. I. quib. mod. toll.
oblig. L. 20. D. ad SCt. Macedon.
L. 8. §. 8. L. 22. D. ad SCt.
Velleian. L. 7. §. 8. D. de dolo
malo. L. 37. §. f. D. de oper. li-
bert. ibique GOTHOFREDVS
L. 8. §. f. D. de novationibus &
delegationibus. Ant. HERING
de fideiussoribus cap. IV. n. 21.
sqq.

m) Nov. 4. cap. 2.

n) Quamobrem interdum sim-
pliciter *reus* nominatur, quia for-

lus

principalis obligatio non extinguitur, sed salva manet, quia intercessor per adpromissionem o) tantum cumulative, i. e. subsistente debitoris obligatione, intercedit. Atque haec intercessio subsidiaria, ex mente iuris romani, est vel *Fideiussio*, quae est stipulatio seu conventio verbis solemnibus inita, qua quis pro alio cumulative, & direcere in securitatem creditoris intercedit; p) vel *Constitutum alienum*, quod est pactum legitimum, quo quis cumulative promittit se soluturum, quod alias aliunde iam debebat. q) Sed satis de intercessionis speciebus. Plura enim de his proferre instituti ratio non permittit. Indagari potius debent iuris romani & germanici differentiae in doctrina de intercessione, ut hodiernum ius intercessionis ex fontibus perspiciamus. Patrios autem mores ignorare, quis est qui non reprehendat?

§. IV.

DE DIFFERENTIIS IURIS ROMANI ET GERMANICI Sicut in DOCTRINA DE INTERCESSIONE.

Frequentem, nec vñquam incognitam in Germania fuisse securitatem conventionum, quam fideiussio præbet, inter omnes constat; quam potius maiores nostri rigide servarint paroemiam: Den Bürgen muß man würgen; r) nec proinde tot ac tanta beneficia fideiussoribus

con-
lus obligatur quasi reus principaliſ L. 7. §. 8. de dolo malo.
L. 46. §. 4. foliūt. matrimon.
o) Vocatur ideo *adpromissor*
L. 5. §. 2. de verbor. obligat. L.
43. D. de solutionibus L. 64. §. 4.
foliūt. matrimon.

p) Vid. princ. I. de fideiuss.
L. 1. §. 8. D. de obligat. & action.

L. 16. §. fin. D. de fideiuss. &
mandatoribus. L. 12. C. eod.

q) Vid. §. 9. I. de action. L. 1.
§. 4. sqq. L. 28. D. de constituta
pecunia.

r) De qua paroemia vid. Ioh.
Nic. HERTI paroemiarum iuriſ germanicarum Lib. I. par. 94.

B

concesserint nec personas aliquas a fideiissionis efficacitate
lege quadam exemerint. s) Sed hos germanorum mores
romanorum legibus longe contrarios esse nemo non videt.
Ita enim SCto Velleiano constitutum erat, ne feminae
valide fideiubere, nec efficaciter ex fideiussione conveniri
possent. t) Paterna vero si germanorum prisca confide-
ramus iura, nullibi feminis fideiubentibus tale benefi-
cium indultum deprehendimus, nisi in iis provinciis vbi
ius romanum antea viguit. u) Veteres enim germani,
simplici sinceritate innutriti, contractus ex naturali aequi-
tate dijudicandos esse existimabant, sexusque infirmitati
prospiciebant constituentes eam sub perpetua tutela. x)
Nam nulli mulieri lege Longobardorum viventi licebat
in suae potestatis arbitrio, id est, sine mundio vivere
nec aliquid de mobilibus atque immobilibus sine voluntate
ipfius, in cuius mundio fuerit, habebat potestatem
donandi aut alienandi. y) Etsi autem fideiussio feminis
teutonicis in specie non prohibita sit, tamen sub genera-
li prohibitione alienationis comprehendendi videtur, vt
non iniuria existimem, ex perpetua feminarum tutela
descendere obligationem, qua impediuntur, quo minus
bona

s) Vid. Ill. Ioh. Steph. p. ii T-
TERI, praeceptoris mei per-
eximie colendi, Elementa iuris
germanici privati hodierni §. 659.

t) Vid. L. 3. 48. pr. D. de fi-
deiuss. & mandat. L. 2. §. 1. D.
ad SC. Velleian. conf. L. 2. D.
de reg. iur. L. 8. §. 1. D. qui sa-
tisdare cog.

u) Veluti in Italia, vt adparet
ex Edicto Theodorici Gotho-
rum regis cap. 133. apud Pet.
Georgischium in corpore iuris
germanici antiqui p. 2232. nec
non ex Friderici Imperatoris

Constitut. Neapolit.

x) Iure germanico antiquiori
fere de iure communii obtinuit.
Ita occurrit in *Legibus Saxo-*
nium tit. 7. apud Georgisch. p.
459. in *Legibus Longobardicis*
L V I T P R A N D I Lib. 6. cap.
46. pag. 1079. confirmata quo-
que in *Spec. Saxon. Lib. I. art.*
23. 45. 46. 47. Vid. Ioh. Gottl.
HEINECCI Elementa iuris
germanici Lib. I. Tit. 15. §. 357.
358. 359.

y) Verba sunt Rotharis L. 205.
apud *Georgischium* p. 982.

bona sua absque tutorum consensu alienent, & pro aliis intercedant. z) Itaque extra omnem dubitationis aleam positum est, ante receptum ius romanum plane incognitum fuisse genuino iure germanico ius singulare feminis romanis Scio Velleiano constitutum. Nec de militibus, nec de clericis, quorum illos ius romanum, z) hos vero idem illud certis in casibus, a) a fideiussionis negotio removisse constat, vila vestigia prohibitionis in germania antiqua legimus. Nec quidem circa fideiussionis obiectum, seu obligationem ipsam, quidquam singulare dispositu*m* ius germanicum, vt obligationem dotis causa, cuius servanda gratia constitutiones romanae fideiussiones dare vetant, b) ne causa perfidia in matrimonio generetur, c) excepit. Atque etiam quaestio, an in maiorem summam quam debitum principale obligari possit fideiussor? iure romano negative decisa, & quod ad concurentem summam tantum valida, d) moribus germanicis inutilis videtur, quem obligatio in maius, te-

B 2

ste

z) Inserviunt dilucidationi vltiori, que more solito quam adcuratissime ex antiquitatibus germanicis eruta tradit Ioh. SCHILTERVS in praxi iuris romani in foro german. Ex. 28. §. 5. Ex. 8. §. 16. sqq. Sam. STRYCKIVS in Vlto moderno pandectarum Lib. 16. T. I. §. 2. Inf. Henn. BOEHMERVS in diff. de efficaci mulierum intercessione cap. I. §. 5.
z) Vid. L. 8. §. 1. de his qui satisfare cogantur. L. 31. C. de locato & conducto.
a) Conciunnam hac de re commentationem nuper scripti

Consultiss. Alb. Phil. FRICKIVS sub titulo: de Clerico fideiussore. Helmst. 1760.

b) Vid. tot. tit. C. ne fideiussores dotis dentur.

c) Rationes huius singularis dispositionis praeter Commentatores pandectarum prolixie tradit HERINGIVS dict. tract. cap. VI. n. 107. sqq.

d) Leges romanae huc pertinentes sunt §. 5. I. de fideiuss. L. 8. §. 7. L. 16. §. 1. L. 34. 42. 49. §. 2. L. 70. pr. D. de fideiussori bus & mandatoribus L. 1. §. 4. 8. de verborum obligationibus.



ste Sim. a GROENEWEGEN e) & Sam. STRYCKIO f) in vim donationis fieri potest, ob validitatem pactorum in Germania; modo de animo donandi constet. Insignis certe romanae & germanicae fideiussionis differentia ex ineundi modo adparet, quum illa non nisi verborum solemnitate, seu stipulatione, g) indeque eius a constituto alieno differentia fluebat, h) haec vero non adtentis solemnitate poterat celebrari, ut plane nulla germanicae fideiussionis & constituti alieni differentia dari possit. i) Germanicae enim gentes subtilem romanorum obligandi causas civiles nunquam receperunt, sed in modis obligandi naturalem simplicitatem semper coluerunt. k) Ex quo intelligitur pactorum omnium per omne aevum apud germanos validitas, quam docet fides antiquissimorum germano-

e) De Legibus abrogatis & inusitatibus ad L. 8. D. de fideiuss. & mand.

f) In Vsu Moderno pandectarum Lib. 46. Tit. 1. §. 9. add. HOPP. ad I. tit de fideiussor. §. 5.

g) Vid. §. fin. I. L. 8. pr. D. L. 12. C. de fideiussor. & mandatoribus L. 5. §. 2. D. de verb. obligationibus. conf. HERIN-

GIVS cap. XI.

h) Haec autem differentia, quae de iure romano quidem ordinaria erat, neutquam pro essentiali & interna habenda est. Quamvis enim de iure romano fideiussio per stipulationem contraheretur, haec tamen magis ad efficaciam & validitatem requiebatur, (vt similiter in correiali obligatione vbi etiam stipulationem adhibebant) quam ad ef-

sentiam & formam eius internam; vide etiam extra ordinem valida fideiussio sine villa stipulatione fieri poterat L. 4. §. 3. de fideiussoribus & nominatoribus & heredibus tutorum & curatorum. Verior igitur & essentialis differentia rectius in fine videtur quaeri. Sed de hoc alio tempore opportuniori pluribus.

i) Vid. Ioh. SCHILTERVS in praxi iur. rom. in for. gerim. Ex. 24. §. 71-79. Sam. STRYCKIVS in Vsu mod. Lib. 13. Tit. 5. §. 7.

k) Vide quae SCHILTERVS de pactis germanorum & stipulationum non vsu apud germanos tradit in praxi iur. rom. Ex. 8. §. 5.

manorum, qui apud TACITVM 1) gloriantur, *nullos mortarium armis aut fide ante se esse*, & paroemiae: ein Wort ein Wort, ein Mann ein Mann; Zusage macht Schuld, m) cum quibus Speculatorum medii aevi verba conveniunt, n) ut adeo manifestus error sit eorum, qui putant apud germanos ex iure canonico omnia pacta obligare coepisse. o) Sed quid plura in re memini forsitan ignota? Videndum potius quid romani & germani circa fideiussionis effectum disposuerint. Antiquo iure romano fideiussor ipso iure tenebatur, adeoque etiam ante debitorem principalem conveniri poterat. p) At vero antiquarum legum

B 3 *germanicas*

1) Annalium lib. 13. cap. 54. quamque fidem singulare exemplum in aureo libello de moribus germanorum cap. 24. demonstrat *de alea vičio spontaneam servitutem, libertate amissa, ad-eunte.*

m) Vid. Ioh. Nic. HERTII peroemiarum iuris germanicarum Lib. 1. par. 8.

n) Speculi Saxonici Lib. 1. art. 7. dicitur: *Wer etwas vorget oder gelobet, der soll es gelten, und was er thut, das soll er stets halten.* Idem habet Spec. Suevic. cap. 259. Nihil autem detrahunt huic similitudini naturali ea, quae ad pactorum in scriptura redactorum validitatem requiruntur; v. c. subscripiū pacientium & testimoniū, nec non expressio anni & diei, in L. *Wigfororum* Lib. 2. tit. 5. §. 1. 2. 3. apud GEORGISCH p. 1904. & in L. *Baiuariorum* tit. 15. cap. 13. p. 313. & inter leges *Longobar-*

dicas in LO THARII I. L. 79. p. 1242.; quum ex his legibus plane non sequatur conclusio HEINECCI, (in Elem. iur. germ. Lib. 2. part. 1. §. 333. 334.) existimantis, apud has gentes pacta in scripturam non redacta invalida fuisse. Leges enim allegatae formam tantum prescribunt pactis scriptis & instrumentis conventionum; minime vero disponunt pacta absque scriptura inita non valere.

o) Vid. Clarissimi Christ. Gottl. RICCI Spicilegium historicō diplomaticū pag. 50. cf. Ioh. SCHILTERVS Ex. 8. §. 5. n. e).

p) Vid. L. 51. §. 3. D. L. 2. 3. 5. 21. 23. 28. C. de fideiussoribus & mandatoribus L. 56. pr. D. mandati. Pauci autem casus sunt excepti qui a commentatoribus pandectarum recensentur Petr. MÜLLER ad Struvium Ex. 47. th. 43. lit. a).

germanicarum, quae circa obligationes fideiussorum & beneficia variant, nonnulla ab eiusmodi dispositione recessunt. Apud Burgundiones enim erat obligatio fideiussoris ipso iure subsidiaria, ut prius ille conveniri non posset, quam excussum esset debitor principalis, & si creditor prius pignora a fideiussore cepisset, quam a debito principali, ille in duplum tenebatur. q) Franci quidem optionem veteri iuri romano conformem dabant creditori, utrum fideiussorem an debitorem principalem convenire mallet; at, semel pulsato debitore, adversus fideiussorem eiusve heredem nullam amplius actionem dabant. r) Relique gentes germanicae electionem concedebant creditori, fideiussores an debitorem principalem convenire mallet, non concessio beneficio ordinis seu excussionis iure romano recentiori introducto. s) Quam electionem olim apud creditores fuisse, nec fideiussores excussionis sed solutionis exceptione tutos esse, praeter constitutionem Ottonis II. Imperatoris, t) mores in Speculo Saxonico relati u) luculenter comprobabant,

q) L. Burgundionum addit.
cap. VII.

r) Capitular. Lib. VII. cap. 253. Si quis contento fideiussore debitorem suum tenere maluerit, fideiussor vel heres eius a fideiussione vinculo liberatur. conf. Ioh. SCHILTERVS Ex. 48. §. 20. 21. HEINECCIVS in Element. iur. germ. Lib. 2. part. 1. §. 447-448.

s) per Nov. 4. cap. 1. Auth. praefente C. de fideiuss. & mandator.

t) Apud GOLDASTVM const. imper. tom. 3. p. 309. quam constitutionem emendationem pro-

tulit SCHILTERVS Ex. 48. §. 19.

u) Lib. 3. art. 85. Verba sunt: Wer Bürgen feststellt, daß er selbst gelten will, oder seine Bürgen vor ihm: mag ers vollbringen oder beweisen, daß er es selbst gegolten habe, er hat seine Bürgen gelobt. Wer aber Bürgen wird vor den andern, und gelobet ein bescheiden Geld selbst zu geleben, das muß er vollbringen mit gezeugen, daß er es gegolten hat. conf. WEICHBILD art. 31. ibi: Demnach muß der Bürg die Gelzung beweisen, ob er auch um die Schuld angesprochen wird.

bant, quamvis Speculator Suevicus obligationem fideiussoris subsidiariam fuisse refert. x) Denique circa fideiussoris effectum vnicam quaestionem, num etiam dispositione iuris romani, ut heredes fideiussorum obligarentur, y) apud antiquas gentes germanicas vnuquam in vsu fuerit aut agnita, non possum non quin breuiter adtingam. Non omnium populorum mores convenient in hac re. Burgundiones z) enim negarunt hanc obligationem heredis, quum ex moribus eorum referatur fideiussorum obligationem ad heredes non transire, sed, iis iudicem interpellantibus, creditorem cogi fideiussores a debitore accipere. Ripuaris a) vero placuit, heredem indistincte omnes defuncti obligationes suscipere debere. Leges vero consuetudinariae medii aevi non minus variant, quum secundum Speculum Saxonicum heres nec ultra vires hereditatis mobiliaris, b) nec facta

x) In Spec. Suev. cap. 325. admittitur beneficium divisionis ex iure romano, quod ibi tribuitur einem Meister, der da heißt Adrianus, der Landrechts viel gemacht hat. Beneficium ordinis competere fideiussori tradit Speculator his verbis: Und hat er nicht zu vergelten, des Bürgen sie da werden sind, sie müssen selbst gelsten. Quae verba indigitant, voluisse quidem huius iuris compilatorem peregrinum ins invadere in Germaniam; sed in vsu fori tum temporis haec verba non fuisse admissa rectius existimat SCHILTERVS Ex. 48. §. 25. quum ea verba in plenisque codicibus plane sunt omis-

sa. vid. HEINECCI Elementa germ. Lib. 2. part. 1. § 449-452.

y) Quum constet obligationes & actiones, quae ex contractibus veniunt, in heredes quoque dari per regulam in §. 1. I. de perpetuis & temporalibus actionibus L. 12. 49. D. de obligationibus & actionibus, nullum dubium est quin fideiussor, cuius obligatio talis est, non tantum ipse obligetur, sed etiam heredem obligatum relinquat §. 2. I. L. 4. §. 1. L. 5. D. L. 24. C. de fideiussoribus & mandatoribus.

z) L. Burgundionum tit. 72. §. 2.

a) L. Ripuariorum tit. 67. §. 1.

b) Spec. Sax. Lib. 1. art. 6. Wer das Erbe nimmt, der soll zu rech-

te

defuncti seu promissa praestare teneatur, nisi in eadem
confererit. c) Contra vero secundum Speculum Sue-
vicum heres non tantum ad omnia defuncti debita ex-
pangenda generaliter, & sine restrictione obligatur d)
sed etiam facta omnia defuncti adimplere debet. e) Tan-
dem, quoniam ex paulo ante dictis patet stipulationes
in sensu romano f) nunquam in ysu fuisse apud maiores
nostros, adeoque quoad modum ineundi fideiussionem &
constitutum alienum vnum idemque apud illos fuisse,
sequitur cessasse etiam eam differentiam, qua iure roma-
no ex fideiussione actione ex stipulatu, ex constituto ali-
eno autem actione praetoria de constituta pecunia ageba-
tur. Accedit vero huic rei alia ratio non minus pin-
guior, quippe quod germanos non tantum a iure natu-
rae & gentium nunquam recessisse, sed etiam ex quolibet
paetio actionem dedisse accepimus. Atque haec actio-
tam lata est, ut exhaustiat & actionis ex stipulatu, & ex
constituto vim, atque omnem fidei datae efficaciam.
Quamobrem SCHILTERVS praedclare dicit, *nos bodie*
maiori

te die Schulb gelten, als ferne das
Erbe wöhret, mit der fahrenden
Haab. Convenit hic locus cum
L. Wifgothorum Lib. 2. tit. 5. §. 8.

c) Quo pertinet venditio Lib.
1. art. 9. locatio Lib. 3. art. 77.
delictum Lib. 1. art. 6. fideiussion.
conf. WEICHBILD art. 117.
Wo auch ein Mann Bürger wird,
stirkt er, seine Kind dirissen vor
ihn nicht gelten, der Sachwalde
Eben sollens aber leisten und
volzalen, thun sie es nicht, man
mag alsdann des Bürgen Kinder
manen.

d) Spec. Suev. cap. 254. Wer
Erbe nimmt, der soll auch zu recht
die Schulb gelten, die der tod-
mann gelten sollte die man weiß.

e) e. g. locationem cap. 334.
fideiussionem cap. 325. ibi : und
welcher stirbt unter den Bürgen,
die Erben sollen seinen Theil für
ihn gelten ic. conf. HEINECCIVS
in Elem. iur. germ. Lib. 2. part. I.
§. 228 sqq. & §. 447.

f) Seu clarius : secundum
rem ipsam ; licet vox stipulatio
in instrumentis notariorum quan-
doque inveniatur, & pactionem
deno-

maiori iure verba Iustiniani g) nostra facere posse, quod neque receptitiae, neque ex stipulatu, neque ex constituto actionis remedio indigeat nostra res publica; sed actio ex parte moribus nostris sibi in omnia sufficiens sit. h) Ex omnibus autem praediis hoc facile colligitur, quum, ut vidimus, pro temporum locorumque varietate diversi fuerint mores, neque formam, neque effectus iuris romani generaliter probarint, nullum his temporibus extitisse ius germanicum de intercessione commune. Quod & quale sit hodiernum nunc demonstrabimus.

§. V.

DE IURE INTERCESSIONVM HODIERNO COMMUNI
GENERATIM.

Iam vero illustratis germaniae antiquioris iurium & romanorum circa fideiussionem differentiis, transeamus ad recentiora tempora, ut videamus, quodnam sit hodiernum ius intercessions commune, ex quo controversiae dirimantur. Scimus publicam legum imperii adprobationem iuris romani, eiusque in foro germaniae introductionem, sub nomine des gemeinen geschiessenen Kayserslichen Rechts factam fuisse. i) Ex generali itaque receptione

deaotet; abusive tamen. Ita in formulis MARCVLPHI videre sunt eiusmodi clausulae plures: haec epistola &c. firma maneat *stipulatione subnixa*. In speculo Saxonico (v. c. Lib. 3. art. 9.) haud infrequens est usus vocis stipulationis scil. impropriae, qua promissionem denotat.

g) Vid. L. 2. C. de const. pec.

h) Vid. Ioh. SCHILTERVS in praxi iuris romani in foro germanico Ex. 24. §. 76. conf. etiam Ex. 1. §. 7. & Ex. 8. §. 5.

i) Historiam iuris romani introducti illustrant Io. Sam. BRVNQVELLV in histor. iur. rom. germ. Lib. III. Membr. 2. cap. 10. Christ. Gottl. HEINECCIVS in histor. iur. civil. rom. & germanici

C

ne ea nobilissima iuris pars, quae de fideiussione disponit, vtique introducta videretur. Patrio tamen iuri, quamvis consuetudinario, derogabatur neutiquam peregrini iuris introductione, k) quam potius singulae imperii leges iubent: jenen Standes, Landes, Orts und Gerichts gute Ordnungen und Gewohnheiten, und in Mandat derselben die Kayserlichen Rechte in Acht zu nehmen l). Itaque manifesto constat, in subsidium duntaxat receptum esse ius romanum, scilicet in casu, si leges domesticae deficiant, nec mores actualiter conservati, legitimisque modis prolati, contrarium quid statuant. Quae quum ita sint, sententiam generaliter conceptam, scilicet intercessionem hodiernam ex iure romano diiudicandam esse, limitibus constringere arctius necesse erit. Ac primo quidem tenendum: *La omnia, quae iure romano in doctrina de intercessione circa stipulationis & pacti differentiationem continentur, atque ex hoc differentia deducuntur, bona die non adtendenda esse; qoniam, ut diximus (§. praeced. IV.) maiores nostri nunquam stipulationes admiserunt nec nostris temporibus in usu sunt.* Secundo autem notandum: *Dispositioni iuris romani nullam auctoritatis rationem habendam esse in foro, si in lege domestica, vel universali vel particulari, contrarium intuitu alicuius rei vel personae sanctum sit.* Quanvis igitur ius romanum in doctrina de intercessione ex generali eius receptione apud nos regulam constitutat, tamen respectu legum patriarum

nisi Lib. II. §. 55-68. nec non §. 95-114. Christ. Gottl. RICCIUS in libello cui titulus: *Spicilegium historico diplomaticum*, quo iuris Iustinianei in aulis germanorum principum & personarum illustrium adoptati usus pragmaticus iam inde a

Saec. XIII. & XIV. ex ipsis foribus ad illustrandam historiam iuris eruitur & ostenditur.

k) Vid. Ill. PÜTTERI Elementa iuris germ. §. 18.

l) Ordinat. iud. imper. auctit. I. §. 15.

rum hodiernarum subsidiarium modo esse, in sequentibus
§sis demonstrare exemplis commoda occasio erit.

§. VI.

DE EXPROMISSIONE.

Quae paulo ante de hodierno iuris romani usu in doctrina de intercessione generatim dixi, ea iam facile ad expromissionem applicari possunt, & debent, quoniam integrum quadam doctrina generaliter recepta, omnia eius principia simul recepta esse videntur. Itaque & hodie expromissio animo novandi facta obligationem prioris debitoris perimit, efficitque, ut creditor priorem debitorem ex obligationis nexu dimittat. m) Ex quo patet creditoris periculo esse, si a praesente debitore, fortunis suis exuto, nihil consequatur, nec veterem debitorem postea amplius convenire posse, quemdamnum suae culpae adscribere debeat. n) modo de animo novandi, qui in novatione requiritur, o) cuius species est expromissio, constet. Quare, quum expromissio sit novationis species, famosa illa quaestio, quae in doctrina de novationibus tantopere ventilatur, pertractanda venit, scilicet quomodo animus veterem obligationem remittendi declarandus sit? Circa hanc quaestionem Doctores in duas partes abeunt, quarum altera coniecturas admittit, p)

C 2

altera

m) Conf. §. 3. lit. e).

n) L. 203. D. de reg. iur.

o) Vid. §. 3. I. quib. mod. toll.
oblig. L. 8. C. de novat.

p) Placet hic nominare quosdam Doctores, qui expromissioni statim novationem inesse statuunt. Andr. GAILL Observat,

MEVIVS in Opere decisionum part. 2. dec. 240. 241. 243. part. 7. dec. II. 12. Hen. HAHN ad WESENBECCIVM Lib. 46. Tit. 2. n. 8. BACHOV. in animadvers. ad Treutler. vol. 2. disp. 29. thef. 6. lit. a. LAVTERBACH in diff. de beneficio excusacionis thef. 24.

altera verba expressa requirit. q) Sed verior nobis videtur posterior sententia, r) ex ipsis Iustiniani verbis, s) quae contraria pars ad se, torte tamen, trahere studet. Eadem enim ratio, quae facit, quod novatio non presumatur, in expromissione etiam locum habet. Scilicet tam in novatione, quam in expromissione creditor prius suum ius remittit, & in primis in expromissione priorem debitorem ex nexu obligationis dimitit; at vero neutrum praesumitur ex interventu novae personae, quum nemo ius suum pristinum remisisse in dubio censeatur, & hic animus in specie exprimendus sit. Attamen, reiectis conjecturis, non excludimus facta evidentia, quibus adpareat, quod propter novationem prioris obligationis convenerint; v. c. quando is, cui novus debitor constitutus, chirographum suum reddit, aut illud laceras, comburit, quia secundum rationem naturalem, & iura scripta, idem est verbis vel factis s. tacite consentire. t) Itaque quum animus novandi in expromissione non praesumatur, id quoque perspicuum esse arbitror, eum, qui se tanquam principalem debitorem obligat, aut obligationi subscrifit, neutquam fieri expromissorem,

nec

q) Hanc sententiam veriorem probant Bened. CARPOZOVIVS in jurisprud. for. p. 2. const. 19. def. 16. Petr. MÜLLER ad STRVYU Syntag. iur. civil. Ex. 47. th. 64. lit. e. Sam. STRYCK in viu mod. Lib. 18. Tit. 4. §. 25. Lib. 46. tit. 2. §. 3. August. de LEYSER Spec. 527. med. 2. sqq. Sam. de COCCETI in iure civ. controverso Lib. 46. Tit. 2. qu. 3. & 4.

r) Quam sententiam quoque comprobat Elector. Saxo. decisi.

66. vnice mercatorum causas excipiens.

s) c. L. 8. C. de novat. tum generalibus: *vel aliquid fecerit, ex quo veteris iuris conditores introducebant novationem*, tum specialibus: *vel aliam personam adhibuerit vel mutaverit*. Quae posteriores verba Iac. CVIACIVS Lib. 19. obs. 36 rectius de interventu novi debitoris, quam BA-

CHOVIVS c. l. de persona fidei sui foris intelligi vult.

t) Vid. L. 4. pr. de pactis. LEYSER c. l. Spec. 527. med. 4.

nec propter huiusmodi obligationem, aut eius subscriptionem amittere beneficium ordinis; u) quod tamen expromissori, qui solus obligatur, recte denegatur. x) Sed satis de hac re. Videndum potius est, quodnam sit ius intercessionis minus principale, quo hodie nonnullis locis utimur.

§. VII.

DE FIDEIVSSIONE.

Quamquam ius romanum in caussis intercessionum ius commune regulamque constituit in Germania, (§. V.)

C 3 negari

u) Longe iam agitata est a Doctoribus quaestio, an is, qui se tanquam principalem, als Selbstschuldner, obligat, beneficio excussionis gaudeat. Cuius discussionem quum hoc loco suscipere non possum, id saltem dicam, affirmativam huius rei sententiam in praxi obtainere, & a plurimis Iureconsultis defendi, quorum aliquos in utramque partem nominat Sam. de cocceii in iure civ. contr. Lib. 46. tit 1. qu. 13. Caeterum leges particulares hac in re non ubi vis convenient. Nam in Saxonia Electorali affirmativa sententia comprobata est part. 2. const. 18. negativa in ducatu Würtembergico, Würtemberg. Landrecht part. 2. tit. 5. §. Es hätten sich denn = & Hamburgi. vid. Statuta Hamburgensium de a. 1605 Der Stadt Hamburgs Gerichts Verordnung und Statuta part. 2. tit. 6. art. 7. ibi leguntur verba: Also auch,

wenn ein oder mehr Bürgen sich als selbst schuldige verpflichten, hat der oder dieselbige, die sich also verpflichtet haben, sich hinsichter der Exception Excussionis principalis nicht zu gebrauchen, sondern müssen, wie die Sachwältere selbst gelten. const. etiam, quod de hac re statuitur in Ord. polit. Ducat. Magdeburgic. cap. 53. §. 4-5.

x) Expressa hoc statuitur in Ord. polit. Duc. Magdeburg. cap. 53. §. 3. his verbis: Wenn jemand sich als Selbstschuldner dergestalt verschreibt, daß die von dem principal debitore zuvor ausgestellte Obligation aufgehoben, und an dessen Statt der Bürger animo novandi zum debitore angenommen wird, soll ihm als einem expromissori das beneficium Excussionis nicht zu statthen kommen, wenn er gleich denselben in der Obligation nicht ausdrücklich renunciaret hat.



negari tamen nequit, fuisse passim conservata quaedam iura germanica antiqua, aut novis legibus provincialibus & statutis stabilita, quae legibus romanis e diametro contraria sunt, & tanquam iura particularia exceptionem a iure communi constituant. Videamus igitur aliqua iuriuum particularium a iure communi discrepantium exempla, quum totam fideiustionis hodiernae discussionem nunc suscipere, neque pagina sufficiat, nec instituti ratio permittat. Ita enim quoad *personas fideiubentes* & quidem *feminas*, quae iure communi Senatus consulti Velleiani beneficio munite sunt, quibusdam locis tali praesidio haud instructas esse accepimus. Nam alibi, v. c. Norimbergae, Senatus consultum illud nunquam receptum est, sed intercessiones seminarum iustae aetatis generatim validae declarantur, y) alibi edictis publicis abrogatum est Senatus consultum, vti de Nordhusanis commemorat STRYCKIUS; z) alibi rursus non comperit exceptio Senatus consulti Velleiani feminis mercatricibus in causis mercaturam spectantibus. a) Quod ad obiectum seu obligationem

y) In Reformat. Statut. Norimberg. de a. 1564. tit. 19. L. 5. ibi: Wiewol die Weibspersonen durch die Kayserlichen Recht, der Bürgschaft halb, hoch fürschen und gefreyet sind; iedoch nach Gelegenheit alter Handthierung dieser Stadt, und zu Handhabung gemeinses Nutz, Traemens und Glaubens, so sollen die Wittfrauen oder Jungelfrauen, die achtzehn Jahr erfülltet, und unbedormundet seyn, und ihr eigen Gut haben, wenn sie sich in Bürgschaft einlassen verpünden und zu bezahlen schuldig seyn, allermassen und ge-

stalt, wie hievor der Mannesperson halber geordnet ist. Dergleichen mögen die Ehe Frauen, so in verdingter Heirat sijen, sich mit wissen ihrer Ehemänner, für andere in Bürgschaft begeben und verpflichten ic. Atque pro maritisa factam intercessionem esse validam, modo vel ex Senatu vel ex cognatis duo testes fuerint exhibiti, sequentia statuti verba demonstrant.

z) In vs. mod. L. 16. t. 1. §. 3.

a) Sic v. c. Statuta Hamburgenium P. 2. tit. 6. art. 2. ibi: Alle dieselben so vor sich bestendiglich

gationem quam quis in fidem suam recipit, vbi vis fere iuris communis dispositio retenta est, b) excepta Pomerania, vbi, teste DAV. MEVIO c), fideiussores pro dote conservanda, contra tenorem iuris communis, accipi soleant. Dubium autem non est, hodie fideiussione in ratione dotis a marito sponte oblatam recipi, non autem exigi posse ab invito; d) atque etiam iuste permitti ex statuto, fideiussores dari pro dotis conservatione, vti Florentiae obtinuisse IAC. MENOCHIVS refert. e) Denique circa effectum obligationis fideiussoriae non minus variant mores legesve particulares. Ita enim quibusdam locis transit ad heredes fideiussoria obligatio ex natura contrahendum, etiamsi nulla eorum facta fuerit mentio, v. c. Hamburgi, f) in Ducato Magdeburgico, g) in Electoratu

lich contrahiren, können sich auch für andere bürglich verpflichten. coll. h. art. cum tit. 8. §. 1. Eine Frau die Kaufmannschaft gebraucht, offene Läden und Fenster hält, soll pflichtig seyn, dasjenige, so sie kaufst oder verkaufst zu zahlen und zu liefern. Francofurtensium P. 2. tit. 16. §. 11. sqq. P. 3. tit. 7. §. 15. sqq. Wratislaviensem art. 15. Lüneburgensem art. 22. aliorumque quae Ioh. Pet. de LVDEWIG in diff. II. de different. iur. rom. & germ. in SCt. Vell. diff. 1. n. 13. adducit, vt adpareat, non vbiique in Germania prodesse feminis SCt. Velleianum. Quod Holtatos autem adinet, nec non Lubecenses, SCtum hoc perperam a Ludwilio in exilium est datum. Verba enim Ord. Prov. Slesv. Hol-

sat. id satis superque testantur P. 4. tit. 5. §. 10. de Lubecensis bus infr. §. 11. dicendum erit.

b) Sic v. c. in Statutis Hamburgensem part. 2. tit. 6. art. 1. verba: In allen Obligationen und Handlungen, es sey denn das selbe ausdrücklich in den Rechten verboten, können Bürgen genommen werden.

c) In Operc decisionum part. 2. decis. 367. n. 6.

d) Bened. CARPOZOVIVS in iurisprud. p. 2. const. 42. def. 17.

e) In commentariis de praefunctionibus conjecturis signis & indicis Lib. 4. praef. 196. n. 43.

f) Statut. Hamburg. part. 2. tit. 6. art. 1. In allen Obligationen = = können Bürgen genommen werden, welche nicht allein sich, sondern auch ihre Erben verbinden,

ratu Saxonico ; h) alibi autem, veluti in regno Bohemiae heredes non tenentur ex fideiussoria obligatione defuncti, nisi pupillorum causa suscepta sit fideiussio ; i) nec Erfurti, ex fideiussione patris, teste STRYCKIO; k) alibi, ut in Ducatu Megalopolitano, l) expresa heredum mentio requiritur. De Ducatu Lüneburgensi autem heredes ex fideiussione defuncti obligari, contra HERINGIVM m) egregie docet Perill. FRID. ES. PVFFENDORFIVS, n) iurium Lüneburgensium peritissimus. Ac in eo quidem effectu, qui fideiussores ippos concernit eorumque beneficia, non ubique convenient iura particularia cum iure romano. Nonnullis enim locis antiqua principia servantur ; veluti, secundum statuta Norimbergensium negatur bene-

binden, obgleich derer in der Verschreibung nicht gedacht wird, Es wäre dann, daß in der Verschreibung ausdrücklich beschieden, daß an statt des Bürgen, so versterben möchte, der Schuldiger dem Gläubiger einen andern Bürgen setzen sollte, denn auf sodanen Fall haben die Erben des verstorbenen Bürgen sich excipiendo zu schützen.

g) In Ordinat. Polit. cap. 53. §. 72 iisdem sere verbis, quibus Hamburgi, eadem legitur dispositio.

h) Electr. Const. P. 2. const 20.

i) Iur. Bohem. L. 2. art. 13. ausgenommen die Bürgschaft, so für einen andern geschehen, die ist mit ihm gestorben: aber die Bürgschaft für Wayzen Gut, welche versichert ist mit Gütern, die stirbt nicht mit.

k) In annot. ad Lauterbachii Compend. L. 46. tit. 1. voc. Et heredes.

l) Hoc singulare proponit tex-tus Reversarium de a. 1621. art. 25. verbis : Zum fünf und zwanzigsten wollen wir den Gebrauch dieses Fürstenthums, daß der Bürgen Erben in Bürgschaften, so in specie auf die Erben nicht gerichtet, zu keiner Zahlung verbunden, biennit in Gnaden confirmaret und bestätiger haben.

m) In cit. tract. cap. 20. §. 10. n. 82. sq.

n) Observat. Tom. 1. obs. 129. §. 2. In terra Hadelensi autem per Ius Prov. Hadel. P. 2. tit. 4. heredes non obstringuntur, nisi obligatio in heredes directa sit.

beneficium ordinis, admittitur vero cessionis beneficium: o) atque etiam in Ditmarsia, p) aliisque locis, q) nullus datur excussioni locus. CAMERARIUS r) quidem Rostochii nullum usum esse relictum ordinis beneficio, & civem fideiubentem indistincte ante principalem debitorem conveniri posse docet, SIBRANDVS s) tamen hanc consuetudinem usu confirmatam esse rectius negat. Aliis vero locis negatur beneficium excussionis in certis causis v. c. mercatorum, propter utilitatem publicam, aut si quis pro principe, fisco, univeritate, fideiussit. t) Pluribus

o) Vid. Reformat. Statut. Nürnberg, tit. 19. L. 1. ibi verba: Wann einer für den andern, on besonder ausdrücklich Gebing, Bürger würder, so steht in des Gläubigers freyen Willen, den Selbstschuldener, ungeledig des Bürgen, oder den Bürgen, ungeledig des Selbstschuldener, umb die Bezahlung fürzunemem; und ist der selbig Bürg dasjehnig dasfür er Bürg worden, zu laisten und zu erstatten schuldig. Doch soll der Gläubiger, so er bezahlt ist, dem Bürgen hinnieder alle seine Zu- spruch und Gerechtigkeit gegen dem Selbstschuldner, cedire und übergeben, auch auf der Bürgen Ansuchen darzu gehalten werden.

p) Vt constat ex iure provinciali Ditmarico a. 1567. a Friderico II. Rege Daniae promulgato art. 47.

q) v. c. in Austria, vt testatur Andr. GAIL Lib. 2. obs. 27. n. 30. Dav. MEVIVS in comm. in ius Lubecense Lib. 3. tit. 5. art. 1. n. 33.

r) In EIVS manuscripto iure civicō Rostochiensi §. 9. ad art. 1. tit. 5. Lib. 3. iuris Lubecensis. IDEM in projectarum Rostocker Stadt Recht §. 9. apud KLÜVERVM in der Beschreibung von Mecklenburg part. 2. p. 560.

s) Vid. EIVS conclusiones forenses concl. I. §. 38. conf. Iosach. Luc. STEINII Beschreibung des Lübschen Rechts Tom. 3. §. 116.

t) Ex multis particularibus iuribus, quae hoc spectant, unum tantum proferam, quod hanc rem optime exprimit: est quidem Ordinat. Polit. Duc. Magdeburg. cap. 53. §. 7. ibi: Dessen (beneficii excussionis) aber kein Bürger fähig seyn soll, welcher vorfürstliche und gräfliche Personen und deren Rentkammern, oder in Kaufmanns Sachen, oder vor Weibspersonen sich bürgerlich eingelassen, oder der Principal Schuldener hätte gar nicht zu bezahlen oder dessen Güter wären unter



bus hanc rem non persequimur. Perspicuum iam est, non vbi vis ius romanum in doctrina de intercessione, tanquam constantem regulam & vniuersalem adcepimus, sed variis modis lege speciali immutatum esse.

§. VIII.

DE MANDATO CVM INTERCESSIONE.

Restat autem ea species intercessionis, qua obligatio alterius nondum contracta suscipitur. Quod quidem contingit, quando quis alteri mandat, ut cum tertio contrahat periculo suo. Ex quo verborum cortice quum adpareat intercessio, mandatum cum intercessione, seu qualificatum dicitur. Huiusmodi autem mandata non tantum apud Romanos contrahebantur, u) sed etiam moribus nostris frequentia sunt vel maxime, quum haud raro iniungatur alteri, ut cum tertio contrahat fide sua, periculo suo; auf sein Wort, auf seine Gefahr. Quoniam igitur mandatum illud intercessionem continet, eas personas, quibus fideiubendi facultas restricta est, aut prorsus admota, haud efficaciter illud inire posse, in propatulo est. Caeterum, non aduenta, nec vnuquam cognita stipulatione, tanquam fideiussionis & mandati differentia, plane nulla in effectu vtriusque negotii adeo differentia, x) ut adeo moribus nostris aeque ac iure romana-

unter anderer Herrschaft belegen und die Zahlung könnte ohne schwere Kosten nicht erlangt werden, oder so weit er des Schuldners Erbe, oder es wäre derselbe Schulden halben flüchtig und man wüste nicht, wo er anzutreffen.

SOL. CARPOVIVS in iuris-

prud. for. P. 2. const. 18. def. 7.
8. 9.

u) Solemnis Iuius mandati formula legitur in L. 62. §. 1. D. mandat. L. 24. D. de fideiuss. & mandat.

x) Est quidem iure romano inter mandatorem & fideiussorem.

romano idem sit, fideiubeat quis an mandet, quum etiam mandator pariter ac fideiussor gaudeat ordinis beneficio ex iuris communis dispositione. y)

§. IX.

DE IVRE INTERCESSIONVM LVBECENSI GENE-
RATIM.

Sed quoniam singularia quaedam circa intercessio-
nem ex iuribus particularibus, quae hodie nonnullis lo-
cis extra patriam vigent, sint adducta, nunc de iure in-
tercessionum ex statutis Lubecensibus agendum est, qui-
bus etiam multa ex moribus singularia, & iuri communi
romano contraria, continentur, tam in ipsa fideiussione,
quam in aliis doctrinis. Atque etiam eo magis huius
doctrinae disquisitionem secundum ius Lubecense a me
fusciendam esse arbitror, quia intercessionis singulare
exemplum illustrare animum adipicabo. Ante omnia
autem hoc loco disquirendum est, quum iuris Lubecen-
sis dispositiones admodum speciales sint, & certi tantum
casus statutis comprehendantur, quo recurrendum fit in
iis capitibus, quae indecisa reliquerunt Legislatores Lu-
becenses. Evidem vix credo hodie dari Iureconsultos
existimantes recursum a iure Lubecensi capiendum esse
ad antiqua iura Saxonica, z) licet non negem, olim sedu-

D 2 Eos

rem haec differentia, ut manda-
tor principalem obligationem
praecedat, fideiussor vero ei ac-
cedat, tamen in effectu nullum
diferimen inducere videtur do-
cente Scaevola in L. 62. §. 1. D.
mandati. Conferantur praeter
alios commentatores pandecta-

rum Ioh. SCHILTERVS in
praxi iuris romani Ex. 28. §. 75.
76. Sam. STRYCKIVS in V-
fu moderno Lib. 17. Tit. 1. §. 2.

3. 4.

y) per Nov. 4. cap. 1.

z) Errores enim huius gene-
ris v. c. quod legibus istis ger-
mani-



Etos fuisse quosdam tum praeftatione Statutorum Lubecensium, quae multa ex iis deponita innuit, tum utriusque iuris consensu in nonnullis doctrinis. a) Nam conflat non modo ex generali iuris romani receptione in Germania, auctoritatem eius in foro Lubecensi admittendam esse in iis causis, quae statutario iure nostro non decisae sunt; sed caeteroquin etiam disertis verbis a Lubecensibus sancitum, magistratui competere: die freye Erfenntnis in allen iudicial und extraiudicial Sachen nach dieser Stadt Statuten und Ordnung, auch, *iis deficientibus*, den gemeinen Rechten auf seinen Amts End ledig vertrauen. b) Quibus verbis quid clariss? Colligi enim potest id, quod quaerimus, facilime, scilicet ius commune succedere Lubecensi, adeoque quae iure communis sancita sunt omnino admittenda esse, nisi vel illi ipfi, vel consuetudini cuidam verae & validae repugnant. c) Itaque generatim recepto iure romano apud Lubecenses, non mirum est, cur etiam in causis intercessionum, a conditoribus iuris nostri indecisis, dispositiones illius iuris adtantur, quatenus moribus germanicis convenient, qui

manicis antiquis hodie eadem auctoribus tribuenda sit, quam olim vel habuerunt vel habuisse fингitur; nec non, quod statuta germanica ex solo iure germanico, ex romano nunquam, interpretanda sint, Ill. Dav. Georg STRUBEN more suo eleganter & copiose refutavit in emendatione: von dem Misbrauch und guten Gebrauch der alten Deutschen Rechte, quas extat in Eins Nebenstunden, V. Theil, p. I. sqq.

a) Vid. Dav. MEVII commentarius in ius Lubecense prolegom. quae st. 7. n. 36. sq.

b) Verba sunt des Haupt-Recesses, so durch Vermittelung der hohen Kaiserlichen Commission zwischen den Rath der Stadt Lübeck und der Bürgerschaft a. 1669. aufgerichtet worden in Joh. Iac. MOSERS Reichs-Städtisches Hand-Buch part. 2. cap. 29. n. 22. ibi verba p. m. 208.

c) Conf. MEVIVS c. I. n. 39. SIBRANDI ius publicum Lubecense

qui stipulationes nunquam agnoverunt (§. IV.) & consequentiis, ex pacti & stipulationis differentia deduciis, nullum usum dederunt.

§. X.

DE EXPROMISSIONE SECUNDUM IUS LUBECENSE.

Primum autem, quoniam in hac re quidquam praeterire in vitio ponimus, videndum est, qualis de expromissione sit iuris Lubecensis dispositio. At quoniam nulla huius rei fit mentio, nec quidquam decisum in illo accepimus, merito iuris communis dispositio in foro inspicienda videtur, quae, prout supra (§. VI.) dictum est, vult, ut, expromissione animo novandi facta, delegans liberetur, & delegatus debitor seu expromissor solummodo maneat obligatus. Quare etiam expromittens, postquam eius obligatio in locum prioris cum omnibus suis qualitatibus & exceptionibus substituta est, beneficium excusationis contra creditorem non habet.

§. XI.

DE FIDEISSIONE EX IURE LUBECENSI.

Videamus nunc, quid circa fideiussionem novi iura Lubecensia teneant, & in quo iuri romano consentiant. Pauca notabo capita ad illustrationem argumenti mei facientia. Ac primum quidem quod per sonas fideiubentes, in primis autem *feminas* adinet, antiqua quidem principia, (§. IV.) quae feminas facultatem bona sua

D 3 alie-

cense apud MEVIVM, Ioach. der Natur und Beschaffenheit des
Luc. STEINII Bericht von Lübschen Rechts §. 12.

* * *

alienandi denegant, quod sub perpetua tutela vivunt, stabilita sunt; d) nullam tamen fideiussionis pro aliis prohibitionem generalem, sed restrictam valde legimus. Probat enim hoc quantitas duorum nummorum & dimidi, ultra quam nulla mulier absque tutoe efficaciter fideiubere potest, nisi sit mercatrix, e) vel ante certiorata fuerit de iuribus feminis competentibus, iisque renunciarit. f) Mulier mercatrix vero dicitur secundum mentem iuris Lubecensis vidua mercatoris, quae in audientia, consentientibus tutoribus suis, vel proximis consanguineis, ex certa scientia, eam mercatura gnam optimeque rebus suis prospecturam, a magistratu mercatrix publice declaratur, g) & deinde mercaturam vere exercet. h) Non tantum vero ea mulier mercatrix

d) Statutorum Lubecensium Lib. 1. tit. 10. art. 1. Es mag keine Frau ihr Gut verkauffen noch versagen ohne ihrer Vormunder Volkswort, Wissen und Willen. Lib. 3. Tit. 10. art. 13. Es kann keine Frau, sie sey denn eine Kauff-Frau, mehr kauffen, ohne ihres Mannes oder ihrer Vormunder Wissen, dann Leinwand und Flachs zu ihres Hauses Nothdurfft.

e) Lib. 1. Tit. 10. art. 1. So mag auch keine Frau hoher Birge werden, ohne Willen der Vormunder, dann vor drittehalb Pfennig, ausserhalb derer, welche Kaufmannschaft, Handel und Wandel treiben, was dieselben gelesen, das müssen sie gelten und bezahlen. Et rufus Lib. 1. Tit. 5. art. 7. dicitur; Es wäre dann, daß

die Frau mitgelobet, welches doch dahin zu verstehen, wenn sie eine Kauff-Frau gewesen ic.

f) Pertinet hoc verba finalia cit. art. 7. tit. 5. Lib. 1. Es wäre dann, daß die Frau mit gelobet, welches doch dahin zu verstehen, wenn sie eine Kauff-Frau gewesen oder ihrer Fräulichen Gerechtigkeit erinnert und sich derselben verziehen, so muß sie mit zahlen helfen. En! infelicem iuris germanici & romani mixturam, quae quoad hunc articulum etiam in ius Lubecense pervenit.

g) Verba Statutorum Lib. 2. tit. 1. art. 14. de hac re sunt: Wäre sie aber eine Kauff-Frau und also vor dem Rath gezeugt ic.

h) Lib. 3. tit. 6. art. 21. Eine Kauff-

atrix dicitur, quae tanquam vidua mercatoris sola quaestuariam exercet negotiationem, verum etiam, experientia teste, videtur talis, quae tanquam vxor mercatoris i) communiter & vna cum marito ex auctoritate magistratus negotiatur. k) Quamobrem tali casu vxor quasi societatis iure l) & tanquam correia debendi pro marito tenetur, nec poterit vti SCri Velleiani beneficio, etiamsi pro aliis intercesserit, ne bona fide contrahentes inique decipientur. Attamen ne mercatoris viduae ex calliditate quadam, vt se subtraherent tutorum imperio, declarationem mercatricis a magistratu flagitarent, sanctum est a Lubecensibus, mercatrices tantum in causis commerciorum a tutela immunes esse, ac masculorum iure gaudere; caeteroquin vero in omnibus quaestionebus sexui imbecilliori aequiparari. m) Itaque indubitati iuris est, de causis commerciorum tantum intelligenda esse ea,

Kauff-Frau, was sie kaufft, muß sie zahlen. Eine Kauff-Frau aber ist, welche aus- und einkaufft, offene Laden und Fenster hält, mit Gewicht, Wage Maß und Ellen aus- und einwäget und misset.

i) Exempla vxorum mercatricum licet perpaucia sint, inventiuntur tamen, quae adducit Henr. BALEMANN in praestantissima dissert. inaugurali de Foeimina ex antiquitatibus legisbusque romanis germanicis & praesertim Lubecensibus Sect. 2. cap. 5. §. 9.

k) Igitur non intelligitur communem negotiationem exercere, si mulier merces vendat e taberna & curam gerat rerum: (hoc enim iure domesticae so-

cietatis, quae semper est inter coniuges, agit) nisi in specie conventio communem negotiationem ineundi inita & mulier publico decreto pro mercatrice confirmata sit.

l) Societatis enim ea est obligatio, vt socius pro socio obligetur L. 82. D. pro socio.

m) Expresso hoc innuunt verba des Obern Stadt-Buchs Ordnung in adpendice secunda Statutis Lubecensibus adnexa: daß die declaraciones der Kauff-Frauen, und die Macht die ihnen dadurch gegeben wird, nicht auf das Obere Stadt-Buch, sondern allein auf ihren Kauff-Handel gemeinet sey sc.

ea, quibus iure Lubecensi mercatricibus, absque tutorum autoritate valide contrahendi, atque aliis se obligandi facultas concessa est, qua de re nec restitutio in integrum v. c. ex capite non adhibiti curatoris, ipsi competit; cuius generis difficultates mercatura non admittit. Hactenus de feminis. Quod ad obiectum igitur seu obligationem, quam quis in fidem suam recipit, attinet, iure nostro idem, quod iure romano (§. IV.) sanctum est, nullam a marito exigiri posse fideiussionem constante matrimonio pro conservanda dote, nisi prodigalitas mariti adpareat, aut fuga vel inopia metuenda sit. n) De fideiussionis autem effectu quum etiam agendum sit, suboritur questio, an iure Lubecensi fideiussor gaudeat ordinis beneficio? quod & olim (§. IV.) & hodie nonnullibi (§. VII.) fideiussori denegatur. SCHILTERVS, hanc quaestionem inquirens, negativam sententiam CAMERARIU (Slip. §. VII. in fin.) veriorem esse existimat, eamque ex verbis & mente articuli cuiusdam o) exigere studet, hoc argumento. Si excusonis exceptio, inquit, de hoc iure locum habaret, etiam dannum non a debitore, quippe qui solvendo non est, sed a fideiussore esset resarcendum; Atqui posterius

n) Vid. Statut. Lubecens. Lib. I. tit. 5. art. 10. Es darf niemand gegen seine Ehe-Frau, damit er unverbet, oder auch ihren Freunden ihren Brautschag verbürgen, es wäre denn, daß er ihr beyderseits Gut unmüthig verschwendete mit böser Gesellschaft, Doppel-Spiel und anderer Unart und solches beweislich wäre; dann auch, wann er um Schuld willen arreftirt oder sonst flüchtig würde, und er seine Frau gerne mit sich nehmen wolle, auf diese Fälle soll

er der Frauen und den Freunden den Brautschas zu verbürgen und sie ihm zu folgen schuldig seyn.

o) Lib. 3. Tit. 5. art. 1. Wird einer zum Bürgen gesetzt, für Schuld, auf gewisse Zeit, der Bürger muß auf den Fall der Nichthaltung, die Schuld bezahlen: Für den Schaden aber darf er nicht antworten, sondern der Principal muß denselben gelten und richtig machen, es wäre dann ein anders ausdrücklich pacisert und bedingt.

posteriorius textus negat, igitur & prius. p) Sed salva res est, modo verba articuli paulo curatius inspiciamus. Articulus autem nominatus ne vlo quidem verbo meminit ordinis beneficii, aut illud excludit, sed regulam ponit fideiussorem teneri ad solutionem. Quoniam igitur antea (§. IX.) iam dictum est, ea, quae statutis non continentur, ex iure communii diiudicanda esse, atque constat, beneficia iuris communis non nisi expressa legis particularis dispositione tolli posse, nec id beneficium statutis nostris nominari, aut expresse sublatum esse: luculenter colligi posse arbitramur, exceptionem ordinis secundum ius Lubecense locum omnino obtinere. q) Confirmarunt autem Legislatores Lubecenses illud beneficium, quo pluribus fideiussoribus, apud eundem creditorem, pro eodem debitore & debito, eodemque modo datis, subvenitur legibus romanis, r) ut quilibet eorum non in totam summam teneatur, sed in viriles tantum portiones. s) Id vero singulare est, quod sine cessione actionum contra confideiussores agere liceat. t) Denique

p) Vid. Ioh. SCHILTERVS in praxi iuris romani in foro germanico Ex. 48. §. 23. 24. Cuius auctoritate HEINECCIVS in Elem. iuris german. Lib. 2. part. 1. §. 465. apud Lubecenses cessare illud beneficium prohibet.

q) Caeterum iis, qui contraria sententiam praxi forensi accommodatiorem putant, nihil derogatum eupimus.

r) Ipso iure quilibet in solidum tenetur, ope exceptionis autem epistola seu rescripto D. Hadriani tantum in viriles por-

tiones §. 4. I. de fideiussoribus L. 26. 27. 51. D. eod.

s) Statut. Lubecens. Lib. 3. Tit. 5. art. 2. So zweene, drey oder mehr, in gemein Bürger warden, für einen, auf eine Summe Geldes und solch Gelt auf die bestimmte Zeit nicht ankommen würde, so müssen die Bürger sämtlich, ein jeder seine Quotam zahlen.

t) Vid. cit. art. 2. tit. 5. Lib. 3. Würden sie aber ein für alle gelobet haben, so mag der Creditor alle Bürger, oder aber einen unter ihnen, welchen er will um die

d) E. 29. und 30. Bezahl.



que autem fideiussoris heredes statutario iure nostro, aequae ac iure romano (§. IV.) tenentur, etiam si nulla eorum facta fuerit mentio. u) Reliqua, quae statutis nostris, circa fideiussionem sancita sunt, percensere, studio omittimus, quoniam ad futuram quaestionem minus facere videntur.

§. XII.

DE MANDATO CVM INTERCESSIONE SECUNDVM IUS LVBECENSE.

Videamus nunc, qualis sit statutorum Lubecensium de mandato cum intercessione, seu qualificato, iuris communis dispositio? Cuius negotii nomen quia non legitur in statutis, nec ius romanum apud Lubecenses abrogatum est, (§. IX.) adfirmamus intrepide, ius romanum etiam hodie apud nos constituere regulam in causis mandati qualificati. Attamen apparebit statim, mandatum consilii, cuius tractatio futura est, in effectu idem esse ac illud, quod iure communi mandatum qualificatum appellatur; licet quoad modum intercedendi valde differant.

§. XIII.

DE MANDATO CONSILII EX IVRE LVBECENSI. LIB. III. TIT. IO. ART. VNIC.

Vt autem haec de *Mandato Consilii* disputatio rite susci-

Bezahlung ansprechen, und, da er alsdann nicht bezahlt würde, von den andern, oder so etliche davon verstorben, von derselben Erben, solches fordern, bis zu der ganzen Bezahlung, desß haben sie doch

ihren Regref von den andern Mitlobern, oder derselben Erben, solches wiederum zu fordern.

u) Patet id ex memorati articuli verbis: oder so etliche davon verstorben, von derselben Erben ic,

fuscipliatur, placet antea de theoria generali *arciculi vni-*
ci Tit. 10. Lib. 3. eiusque aetate praefari nonnulla, quae
 sequentia specialiora non parum illustrabunt. Verba ar-
 ticuli nostri haec sunt: Will jemand einem Fremden
 sein Gut nicht verkaussen und ein ander stehet dabey
 und sager: Ihr möget es ihm wol vertrauen, die
 Bezahlung wird euch wol; wird der Verkäuffer von
 dem Käuffer nicht bezahlt, so muß derjenige zahlen,
 welcher den Fremden loben thät, dadurch der Ver-
 käuffer verführt worden. In latino exemplari statuto-
 rum verba concepta sunt ita: *Si quis ei, qui peregrino*
merces suas venditurus non erat, dixerit; emptori fidem
secure haberi, solutionemque subsecuturam; cum non solvi-
tur ab emptore precium, qui peregrinum commendavit, ut
inde vendor induceretur, ad solvendum tenetur. Perlu-
 stranti mihi systematicam IOACHIMI KOLLII collectio-
 nem x) statutorum Lubecensium ex variis manuscriptis
 exemplaribus desumptorum, vt aetatem articuli eruerem,
 existimabam, postquam eius collectioni hunc articulum
 non insertum reprehendebam, eundem ante novissimam
 iuris Lubecensis revisionem a. 1582. suscep tam & a. 1586.
 publica auctoritate, germanico & latino idiomate im-
 pressam, vel non extitisse, vel in vigore non fuisse.
 Attamen haec opinio me magnopere fecellit. Nam hic
 articulus iam exstat in antiquissimo iuris Lubecensis
 codice vernaculo, in membranis exarato y) a. 1240. qui
 etiam nunc adseratur in Cancellaria civitatis Lubecen-
 sis

E 2

x) Quae sub titulo edita est:
 Ioach. KOLLI Rechtbuch, dar-
 inne die Artikeln, die man Lübisch
 Recht nennt 1586.

y) Quem ex codice membra-
 naceo edidit B. Ernestus Joachi-

mus - de WESTPHALEN in
 Monumentis ineditis rerum ger-
 manicarum praeципue Cimbri-
 carum & Megapolensium Tom.
 III, p. 667.

* * *

sis & inscribitur articulus, qui in ordine ibi est art. 229. z)
van Lüden de verkopet unde koper. Verba autem sunt:
So wort en Man wat cōſt und de ghene det vercōſt
sprecket, hir ne hebbe juxter nene Runde, unde is dhar
en ander bi, de sprecke, ghi mōghent eme wol don,
dat Ghelt wert ju wol, de ghene mut dorvore ant-
worden, de alsdus gesprocken heft, et wert ju wol,
jof men eme dar Schuld umme gift vor Gherichte.
Quoniam igitur & antiqui & hodierni codicis dispositio
quoad rem ipsam in omnibus convenit, manifesto con-
stare videtur, illam ex obsoleta lingua solummodo trans-
latam fuisse in hodiernam a iuris Lubecensis revisoribus.
Alterum, quod proposuimus, est, quo explicatur arti-
culi nostri thema. Illud autem ex ipsis legis verbis ad-
paret. Etenim ea satis superque indicant, ex simplici &
generali laudatione, & adfirmatione aliquem solvendo
esse; ideoque, quod hoc respectu idem est, ex nudo
consilio, effectum intercessions ad indemnitudem oriri.
Quamobrem probare non possumus sententiam H E -
R I N G I I , qui de dolosa quadam commendatione hunc
articulum intelligi non obscure innuit. a) Nec vero

MEVIVS

z) Receptionem veterum di-
finitionum iuris Lubecensis in
novissimam eius revisionem e-
gregie pro more illustrat Rei-
publicae nostrae Syndicus & Re-
verendi Capituli Praepositus Io-
hannes Carolus Henr. D R E Y E R
in diss. de formula receptionis
iuris Lubecensis eiusque indole
forensi in civitatibus Holstiae
pag. 28. sqq.

a) Vid. Eius saepe dict. Tra-
statum de fideiussoribus cap. 18.

n. 12. sqq. "ac longe quidem, in-
"quit, maior oboritur commen-
"danti & depraedicanti difficul-
"cultas, si probetur illum noti-
"tiam habuisse, quo in cardine
"tum temporis, cum quaerere-
"tur, res commendati, (alias ipsi
"satis noti) versarentur, vel pro
"commendatione lucellum ali-
"quod eum accepisse, vt in spe-
"cie consideret. Vix enim est,
"vt doli mali suspicionem non
"incurrat. Atque illud ipsum
"nomi-

MEVIVS b) rectius videtur sentire, si ad hanc indemnitas obligationem nudam & generalem commendationem haud sufficere, sed speciali, qua fides impetretur, opus esse docet ; nec alia verba aequipollentia loquenter obligari putat , quia verba statuti de ea non loquantur. Qua ratione autem verba consilii generaliora concipi poterunt , ipsis enunciatiis huius articuli verbis : *Ihr möget es ihm wohl vertrauen ! Persuasionem vero, cuius vim iis inesse MEVIVS existimat, videmus nullam.* Proferens enim haec verba nihil aliud agit, quam ut nude & simpliciter dicat quid sibi bonum videtur. Vnde vero voluntatem loquentis ut id praeceps fiat ex his verbis elicies ? Liberumne est accipienti an consilium sequi velit, nec ne ? Praeterea etiam verba legis enunciativa : *Ihr möget es ihm wohl vertrauen, die Bezahlung wird euch wohl!* ideo videntur inserta, ut adpareat, ex eiusmodi verbis generalibus loquentem teneri ad indemnitudinem. c) Itaque missis aliorum opinionibus , ne longiores simus, & futura preeoccupemus, mandatum consilii Lubecensem nihil aliud est quam nudum consilium ratione modi, quoad effectum vero, intercessio, & speciatim quoddam mandatum cum intercessione , seu qualificatum, quoniam obligatio alterius nondum contracta, sed mox contrahenda suscipitur. Ex quo intelligitur, quid sit id, de quo disputetur. Itaque *de consilio, quod vi singularis dispositionis iuris Lubecensis effectum intercessionis speciatim mandati qualificati producit, agendum erit; adeoque de in-*

E 3 150 inter-

nominatum Statutum est iure Lubecensi Lib. 3. Tit. 10. Forsan autem HERINGIVS inductus est verbis articuli finalibus : da durch der Verkäufer verführet worden ; sed ad id respondebimus infr. §. 16.

b) In Commentario in Ius Lubecensem Lib. 3. Tit. 10. n. 36. sq.

c) Conf. STEINIVS in der Abhandlung des Lübschen Rechts, III. Theil, §. 216.

tercessionis quadam specie ex iure particulari germanico Lubecensi, quod a iuri communi & romano & germanico recedit. Sed quoniam omnia persequimur, (volumus certe,) dicendum est etiam, *cur iuris Lubecensis compilatores eiusmodi consilium insigniverint nomine mandati consilii*, quum tamen verba haec denotent res e diametro contrarias; ideoque secundum usum loquendi inter se pugnare videantur. Ut autem illud, quod in hac re verisimilius videtur, sequamur, nulli dubitamus, statutorum conditores mandatum qualificatum iuris communis ante oculos habuisse. Quoniam igitur illi ipsi dispositionem condere voluerunt eam, ut in casu articuli nostri eadem obligatio oriatur ex consilio, quae secundum ius commune ex mandato qualificato, quis est, qui amplius miratur, cur mandatum consilii sit dictum? Atque etiam hanc coniecturam a vero non procul abesse probant verba rubricae tituli nostri: *vom Befehl, welcher rathsweise geschicht;* quae latinis verbis exprimi possent: de mandato qualificato, quod per modum consilii contrahitur. Haec tenus de Mandato Consilii generatim. Specialiorem autem nunc commentationem aggressurus, in subiecto, obiecto, modo, & effectu verabor.

§. XIV.

DE PERSONIS QVAE EX MANDATO CONSILII OBLIGARI POSSUNT.

Primum igitur specialius disquirendum est de personis, quae ex Mandato Consilii obligari possunt. Nemadmodum autem *naturaliter* illi omnes, qui rationis usu destituuntur, consilium dare impediuntur in toto, atque pro parte, seu in certis causis illis, qui nullam rei, de qua consilium expectatur, notitiam habent; quoniam,

niam, ut supra (§. II.) diximus, consilium est declaratio alterius, quid ipsi bonum videtur, quam praecedit consultatio, quae est actus intellectus, quo res plures considerantur & inter se conferuntur, ac tandem ex multis ante inter se collatis vnum tamquam utilissimum suggeritur: ita *civiliter* ex mandato consilii obligari nequeunt, qui contrahendi facultate ex legum dispositione non gaudent. Huiusmodi autem personae quum iure Lubecensi etiam feminae sint, placet inquirere, quatenus eae obligari possunt ex consilio dato. Ad hanc quaestionem quid respondendum sit, ex iis, quae antea diximus, in promtu est. Nam vidimus (§. VIII.) mandatum qualificatum hodie in effectu non diversum esse a fideiussione. Igitur eadem, quae de fideiussione, ad mandatum qualificatum extendi debent. Atque etiam, quoniam iure communis romano & germanico feminis interdicta est omnis generis intercessio, mandatum qualificatum eas efficaciter dare non posse, manifesto sequitur. Quamobrem, quum feminis Lubecensibus fideiubendi facultas restricta sit, ad mandatum qualificatum, adeoque ad mandatum consilii, quod secundum praecedentem (§. XIII.) species est mandati qualificati, porrigitur sunt ea, quae superius (§. XI.) de fideiussionibus mulierum ex statutis nostris demonstravimus. Quocirca femina, quae nullam mercaturam ex publica auctoritate facit, consilium dare sine consensu curatoris impeditur ultra valorem duorum nummorum & dimidii, d) cum consensu autem illius ultra hanc quantitatem consilium valide praebere posse & obligari, nullibi adest dispositio prohibitiva. At vero mulierem mercatricem e) omnino posse consilium praebere ad effectum intercessionis, prout masculos

d) Repete hoc loco, quae su-
pra §. XI. ibique lit. e. sunt di-

e) Qualis ea sit optime defi-
nitum statuta nostra in locis su-
pra §. XI. lit. k. & l. expressis.

sculos, sed tantum in causis commerciorum, f) tam ex his ipsis, quam ex supra allatis patet. Sed alia quaestio, an quilibet civis Lubecensis, cuiuscunque sit conditionis, ex consilio obligetur tamquam intercedens? discutenda suboritur. Quam quaestionem si quis collatis articuli verbis dijudicare velit, is sine dubio ex principiis generalibus affirmativam sententiam propugnabit, quia in statutis & qualibet stricta materia, verba, prout sonant, intelligenda sunt, nec nos dicere aut restringere debemus, quae statuta nominatim non dicunt aut restringunt. g) SIGISMUNDVS FINCKELTHVSIVS h) vero dispositionem articuli nostri restringit ad mercatores, in quibus fides requiratur exuberantissima. i) Quod si autem vera esset eius limitatio, ratio tamen, quia in mercatoribus abundare debeat fides, non satis exquisita habetur. Nam quid aliud denotat illa ratio, quam si dices, mercatores debere magis honestos esse quam alios? Verior autem ratio, cur obligent mercatorum commendationes, licet generales sint, videtur ea, quia hae moribus omnium fere locorum, & generali & unanimi consensu habentur qualificatae, & supponunt intercessionem ob fidem commodumque publicum, quod redundat ex mercatura. Praestructis igitur illis principiis conformis erit conclusio, ex consilio nudo & generali non tantum obligari mercatores, sed etiam omnes cuiuscunque sint conditionis, quod articuli verba generalia:

und

f) Vid. quae supr. not. §. XI.
ibique lit. n).

g) Conf. L. 64. §. 9. sol. matr.
dos quemad. pet. L. 71. de ad-
quir. vel omitt. hered. L. 12. D.
qui & a quib. manum. lib. non
fiant. L. 21. C. de probat.

h) In Observ. pract. obs. 16.
n. 8. 9.

i) Ex eadem ratione multi
ICti causam obligationis ex con-
tractu aut commendatione deducunt,
v. c. HERING. p. 1.
c. 27. n. 282. Ben. CARPOV.
in Vol. disput. hist. polit. iurid.
Dec. 3 pos. 4. n. 20. & in Proc.
iur. in for. Sax. tit. 21. art. 2. n. 19.

und ein ander steht dabey, extra omnem dubitationis
aleam ponere intrepide contendimus.

§. XV.

DE OBJECTO MANDATI CONSILII.

Veniamus nunc, vt propositum est, ad Consilii obiectum, quod circa negotium versari videtur, de quo non satis constat, an & quomodo expediendum sit. Quum autem tanta sit eorum multitudo, vt fere nullum excogitari possit, circa quod non possit consilium dari; probe circumspiciendum est, quae negotia verbis & rationi articuli convenient. Hac in re autem praecipue in quaestione venit, an verba articuli: Will jemand einem Fremden sein Gut nicht verkauffen, intelligenda sint de generali alienatione, vt adeo dispositio iuris nostri non tantum in venditionibus, sed etiam in aliis contractibus attendatur. Non ita videtur. k) Nam monstravimus paulo ante, verba legis prout sonant accipienda esse, nec quidquam debere extendi in statutis, quia sunt stricti iuris. l) Quamobrem eiusmodi consilium tum demum mandati effectum producit, si concurrit ad emtionis venditionis contractum; in aliis vero contractibus v. c. Locatione, Societate, Mutuo, si quid factum est ex consilio tali, quod proponit articulus noster, nullam indemnitatē praestari colligitur. Nam satis evicimus dispositiōnem tituli nostri, qua ius maxime singulare, contra tenorem iuris communis generalis, statuitur, nisi iniuria, extendi non posse ad casus, seu contractus, lege non expressos.

k) Ioach. LUC. STEINIVS amēm dispositionem tituli ad omnes contractus extendere vi- detar in der Abhandlung des Küh-

schēn Rechts III. Th. §. 215, 216.
l) Vide Leges nominatas §. XIV. lit. g). Conf. Andr. GAILL. practic. observat. Lib. 2. obs. 33.



pressos. Quae quum ita sint, dicendum est etiam, quid existinemus, si quaeratur, an in quolibet emtionis venditionis contractu procedat tituli nostri dispositio, an eo solummodo casu, si emtor sit peregrinus, quem articulus loquatur de peregrino enim Trembden. Peregrinus autem hoc loco non videtur is, qui extra provinciam degit; sed tertius quidam homo ignotus seu talis, cuius conditionem qualitatemque ignorat venditor, eamque ob causam non sibi metat constat an fidem ei tribuat. Quocirca dispositio tituli nostri admittenda est in omnibus venditionibus, sive emtor sit civis Lubecensis, sive peregrinus, modo qualitatem eius & conditionem venditor nesciat. Quodsi autem aliter comparatum scivit, ac commendans dixit, frustra ab eo dama petit, qui suam magis scientiam, quam alienam laudem, quam falsam scivit, sequi debussit. Ex fide enim sua ipsius, non aliena, egisse videtur, atque eum idoneum esse comprobavit, quem admisit. m) Haec autem disputatio, an obligatio ex mandato consilii tunc cesseret, si accipiens faciliter negotio veritatem resciscere potuerit, incassum reddit, quia iuxta articulum nihilominus commendatio omissionis indagationis, & contractui causam dedit. n)

§. XVI.

DE MODO CONTRAHENDI MANDATI

CONSILII.

Sequitur iam ex instituti ratione ea pars disputacionis, qua circa modum intercedendi differentia iuris Lubecen-

m) Vid. L. 10. §. 1. qui satis cog. L. 3. §. 3 vti in possessi legit. vel fideicommiss. servand. causa esse liceat, L. 3. D. de fideiussor,

n) Vid. M. VII comment. in ius Lubecense Lib. 3. tit. 10. n. 34. 35.

becensis a iure communi ostenditur. Magnopere autem hoc loco ius Lubecense deviat a iure communi, quod ex huiusmodi generalibus & indeterminatis locutionibus veram intercessionem oriri negat. o) Nam iure communi nuda nec commendatio nec consilium, quamvis hoc speciale, & ad certum negotium directum sit, p) ad indemnitudinem obligat; q) sed qualificatum esse debet, ita ut vel fraudulentia quaedam accesserit, r) vel aliquanta

F 2 lis

o) Nam qui verbis imperfornalibus v. c. *Satisfiet tibi*, vtitur, ab omni exactione liber est, tanquam si nihil promiserit Nov. 115. cap. 6. nisi ex circumstantiis adpareat promissorem de se locutum esse. arg. L. 125. D. de Verb. Sign. LEYSER Spec. 152. med. 5.

p) Inter limitationes regulae, quod consilium neminem obligat, hanc quoque ponunt communiter, si sit speciale, eamque ex L. 13. C. quod cum eo qui in aliena potestate deducunt. Sed contrarium cum LEYSERO mihi videtur ex L. 7. §. 10. D. de dolo malo apparere, vbi contra eum, qui idoneum, cui credetur, affirmarat, actio denegatur. Nec obflat memorata L. vlt. C. Ea enim de casu singulari, quo dominus servum procuratorem specialiter mutui, aliuvse contractus causa commendat, agit. Is sine dubio ex mandato obligatur, quum animum se obligandi satis declareret. At qui

extraneum sic commendat, nec mandat, nec obligare se vult. Igittur fundamentum omne obligationis deficit. LEYSER Spec. 152. med. 2.

q) Conflicti enim natura est, vt quamvis excitet ad deliberandum, non tamen obliget ad secundum L. 77. §. 24. D. de legat. 2. Videantur etiam leges passim notatae §. 6. I. L. 2. §. 6. L. 12. §. 12. D. mandati L. 47. D. de reg. iur. cap. 26. de reg. iur. in 6.

r) Nimurum si consilium fraudulentum tendit ad contractum, & exinde accipiens laesum fuerit, tale consilium dans laeso tenetur ad interesse, omneque datum resarcendum; & quidem actione ex contractu, si dans ipse cum laeso contraxerit & dolus in contractum inciderit, v. c. si quis dolo suaferit hereditatem tanquam minimam, pretio minimo vendi & ipsem et eandem postea emerit L. 13. §. 5. D. de actionibus enti & venditi

L. 9.



lis consiliarii aut commendatoris suscepit fuerit obligatio; s) vel imperitia eius, qui peritiam suam pro certa quasi mercede locaverit, aut honorarium eius intuitu acceperit, t) vel & mandatum intercesserit. u) Qui ergo expressis verbis consilio periculum recipit, sane declarat se mandandi magis, quam consilium dandi animo accessisse, atque indemnitatem praestiturum. At vero obli-

gatio-

L. 9. pr. D. de dolo malo L. 4. C. de hereditate & actione vendita; si vero ipse non contraxerit, nulla actio laeso competit ad interesse consequendum; contra dolosum consultorem datur famosa actio de dolo. L. 47. D. de reg. iur. L. 18. pr. & §. 4. D. de dolo malo ad omne interesse; e. g. si quis laedendi animo consilium dederit alteri, ut pecuniam credit tertio, quem scivit non idoneum esse. arg. L. 8. D. de dolo malo. conf. W. A. LAVTERBACH diff. de consiliis eorumque iure part. 2. cap. 1. th. 8.

s) Vid. Dav. M E V I V S P. 8. dec. 120. n. 4. Nic. Chph. LY NCKER diff. de Commendatione speciali cap. 2. th. 14. f).

t) Igitur talis consultor non tantum ex contractu locationis conductionis, in quem cadit consilium & mandatum §. 13. I. L. 1. §. 4. mandati videtur teneri; sed etiam ex culpa, quam admisit, qui artem profitetur & peritum se ipsius affirmavit. Imperitia enim culpare adnumeratur L. 132. D. de reg. iur. Atque etiam ra-

tio L. 2. §. 6. D. mandati proposita: quod non exploraverit, an consilium sibi expedit, cefsat, quum artis illius imperitus sit, cuius peritia ad caudae cognitionem est necessaria. Quapropter nulla culpa imputari potest accipienti, sed ea vniue residet apud eum, qui artem profitetur, & adfirmat se scire tanquam artificem, & postea ignorantia sua peccat, ideoque merito ad damnum refaciendum teneatur aequo ac si ipse damnum dedisset arg. L. 9. §. 5. D. locati conducti. L. 2. D. quod quisque iuris in alterum statuerit. conf. Christ. KORMATIS de iure consiliorum & conelusionibus iuris ad capitulationem Iosephi I. commentatio cap. 10. th. 67. LAVTERBACH. cit. diff. p. 2. c. 1. th. 6. Petr. MÜLLER ad S T R V V I I Syntag. iur. civil. Ex. 22. th. 8. lit. z). L'EYSER Spec. 154. med. 12.

u) Vid. Herm. Henr. ab E X GELBRECHT Observationum selectiorum forensium Spec. 2. Obs. 54.

gationem ex consilii natura nasci nullam, nisi ex concurrente vel delicto, vel culpa, vel adiuncta quadam securitatis promissione, quis est, qui non intelligat? Quamobrem inutilis videtur ea limitatio, quam alii superioribus addunt, x) si accipiens aliter non fuisset negotium initurus. Nam ratio regulae, ut cuique liberum sit apud se explorare, an consilium sibi expediat, etiam hunc casum comprehendit. Accedit vero id, quod in iis legibus, quas dissentientes adducunt, mandandi animus praesupponatur. y) Perspicuum igitur est consilii, non fraudulentis, nullam esse obligationem iure communis, nec sufficere, laudationem iuxuisse, commendasse alterum, ut ei pecunia crederetur, & pro scientia sua ac credulitate adseruisse alteri sufficere; sed requiri, ut, ad indemnitatem contra consultorem agens praeter probatum commendationis, fraudem quandam, vel caeteras superius adductas qualitates proberet. Longe facilitiore ratione obligatio ex consilio iure Lubecensi dicitur. Nam consilium, laudatio, affirmatio generalis aliquem solvendo esse, consiliarium semper obligat ad indemnitatem, si creditor eius verbis inductus fuit, ad fidem ignoto emotori habendam. Itaque ad intercessionis validam obligationem iure Lubecensi sufficit, ut quis generaliter

F 3

tan-

x) v. c. tantum nomine STRUVIVM in Syntag. iur. civil. Ex. 22. th. 8. de COCCII in iure controverso Lib. 17. tit. I. qu. 8. qui hanc limitationem requirent ob L. 6. §. 5 D. & §. 6. I. mandati vel contra. Verior autem nostra sententia videtur ob L. 1. §. 14. D. depositi vel contra L. 2. §. 6. D. mandati vel contra, nec obstant illae leges memoratae. Vid. GOTHOFR.

DVS ad c. L. 6. §. 5. Petr. MÜLLER ad Struvium Ex. 22. th. 8. lit. A. not. II. W. A. LAVTERBACH Colleg. Th. Praet. Lib. 17. tit. I. §. 17.

y) Iustam igitur est, ut in hisce negotiis distinguendis contrahentium magis voluntas, quam verborum conceptio inspiciatur. arg. L. 9. C. quae res pignori obligari possunt L. 10. §. 7. D. mandati.

tantum dicat, emtorem esse solvendo. Probat enim id ipsum verbā articuli generalia, & indeterminata: Ihr möget ihm wohl vertrauen, das Geld wird euch wohl. Sed cum dicimus consultorem obligari ex verbis eiusmodi generalibus, si venditor alias non venditurus fuerit, adeoque, quod idem est, si consilium causa impulsiva contractus fuerit, prout titulo nostro exprimitur: Will jemand einem Freunden sein Gut nicht verkauffen & in fine dadurch der Verkäufer verführt worden; eruendum erit, quo sensu accipienda sint articuli verba finalia? Forsan autem ex iis colligeret quis auctoritate HERINGII, z) & KORMATIS a) ex doloso tantum consilio intercessio-nis effectus oriri. Sed falso. Nam si dolosus consultor tantum obstringeretur iuxta statutum, certe dispositio-nem condidissent Lubecenses, quae iam iuris communis esset generalis, quod creditu non est dignum. Accedit etiam, quod sub initio tituli, quo verba consilia obligatoria proponuntur, nihil memoratur de dolo, quo circa finalia verba de doloso consilio nulla ratione solida intelligi queunt. Maxime autem ad hanc rem facere videtur, quod voces: verführen, verführt werden, verna-cula lingua nostra non semper malo sensu accipiendae sint, atque denotent, rō decipere aut dolo alterius decipi; sed frequentissime significant per aliquem, sive per aliquid determinari. b) Itaque ex tituli nostri verbis finalibus per-spicum est, consiliarium, cuius laudatione venditor fuerit commotus ad fidem ignoto emtori habendam, damnum resarcire teneri. Atque, quum, vt antea exposui, ven-dito-

z) De quo supra §. XIII. di-ximus.

a) In Comment. de iure con-sil. cap. 10. th. 36. ibi ait: Lu-becenses eundem casum statutis suis inferuisse, quem Decif. E-lect. Saxonica 42. de dolosa

commendatione proponit.

b) Quo sensu saepissime nos vtī voce verführen nemo necit. Ita enim dicitur v. c. daß ihm ein Freund oder das schöne Wetter zu einem weitläufigen Spaziergange verführt habe.

ditorem consultoris verbis determinatum fuisse requiratur, facile colligitur emtionis venditionis contractum consilium praecedere, ob verba tituli: Will jemand ~~ei-~~ nem Fremden sein Gut nicht verkaussen, quo vim mandati iure Lubecensi accipiat. Quod si ergo consilium, aut commendatio causa contractus impulsiva non fuerit, aut contractui iam perfecto accesserit, aut quis alterum laudaverit ignorans, quod alius adstans de venditione cum ipso ineunda deliberet, illeque, audit a laudatione, cum eo contrahat, nullum contra laudantem agendi ius habet, etiam si suum ab emtore consequi nequeat. c) Eiusmodi enim laudatio, aliquem solvendo, aut divitem esse, omnibus numeris consilio haud convenit, cui vis mandati tribuitur; quia consultor ignorat venditionem, cuius scientiam tamen ius nostrum requirit, verbis: Und ein ander steht dabey und saget. Ex iisdem vero articuli verbis id quoque perspicitur, iuris Lubecensis conditores rum demum intercessionis effectum ex consilio oriri voluisse, si consultor sua sponte, & inconsultus dederit consilium. Et quamvis illud iniquum existimetur, quia consilium gratuitum & spontaneum ex amicitia & humanitatis officio trahit originem, quod nemini damnosum esse debet, quum de futuro satis callidus & prudens nemo sit; tamen non adeo durum videtur, quia etiam iure communi sponte se offerens ad negotium aliquod omne damnum praestare tenetur. d) At vero, si quis a venditore interrogatus de conditione emitoris respondeat de sua tantum scientia, nec fidem emtoris extollat fraudulenter, nec obligationem in se suscipiat, non adparet, cur consiliarius de infelici eventu teneatur iure nostro, quod

c) Vid. Dav. ME VIVS in in der Abhandlung des Lübschen comment. in iis Lubecense n. Rechts III. Th. §. 216. not. ***).
31. sqq. & Ioach. Luc. STEIN ¹⁰⁰ d) arg. L. i. §. 35. D. depositi vel contra.

quod hunc casum non proponit. Quapropter, ut saepe notavimus, inspicendum erit ius commune, si vterius inquirere volimus, quatenus interrogatus consultor te-neatur. Videtur autem distinguendum esse, an quis gratis, an interveniente prelio consilium dixerit; priori casu dolum praestare, posteriori ad levissimam culpam tenetur. Ex quibus omnibus, quae de modo contra-hendi mandati consilii tradidimus, commode intelligi-tur, hanc iuris Lubecensis dispositionem de consilio ob-Stringere eum, qui verbis generalibus, & sponte sua, em-torem, creditori ignotum, laudat, cum quo venditor, non contraxisset, vel fidem de prelio habuisset, nisi fe-cisset consilio suo, vt emtori crederetur. Sed haec haec hactenus.

§. XVII.

DE EFFECTV MANDATI CONSILII.

Restat igitur, ea pars, qua de Mandati Consilii ef-fectu agitur. Est autem hic simplicis intercessionis & speciarum mandati qualificati juris communis effectui in totum similis, ita vt consiliarius praestare debeat solutio-nem, si debitor principalis non solvat. Sic enim legun-tur verba tituli nostri: Wird der Verkäufer von dem Käuf-fer nicht bezahlet, so muß derjenige zahlen, welcher den Tremb-den loben thät. Itaque, quum mandatum consilii con-tineatur intercessione minus principali seu subsidiaria, & debitor maneat obligatus, consiliarium tamquam minus principaliter, seu accessorie obligatum, ante excussionem principalis debitoris conveniri non posse, sed exceptione ordinis seu excussionis tutum esse, nemo non videt. Hu-iusmodi enim consiliariis & commendatoribus, qui quo-ad effectum fideiussoribus comparantur, non denegan-da sunt illa beneficia iuris, quae alias intercessoribus competunt. Iure autem communi & particuliari nostro

(§. XI.)

(§. XI.) omnibus intercessoribus succurritur hoc beneficio, ergo etiam illis, qui pro commendatis fidem interposuisse habentur. His praefectis, quibus consultoris intercessionem subsidiariam evicimus, facile patet obligatio contrahentium, & personae concurrentis seu consiliarii. Contrahentium autem nomine duplex persona titulo nostro continetur, quarum altera venditor est, & rem tradit; altera eam emit atque pro hac pretium solvere tenetur. Ac venditoris quidem obligatio est, ut pri-
mum emtor ab eo conveniatur eiusque in facultates in-
quiratur: tum demum vero, quando emtor non solvit,
aut eum non solvendo esse videt, consiliarius conveniri
potest efficaciter, ut nulla exceptio adtendatur. Atta-
men, si plures eundem ignotum commendarunt, & fidem pro hoc simul interposuerunt, nec beneficium divisionis iis denegandum esse ex analogia iuris nostri (§. XI.) vi-
detur. Effectus autem debitoris seu emtoris obligationis in promtu est, quam in nexus obligationis cum credito-
re maneat. Is igitur, quamvis intercesserit mandatum consilii, quod tantum subsidiariam intercessionem invol-
vit, tamen creditori tenetur ad solutionem. At vero,
si non solvat, & venditor solutionem a consultore acce-
perit, huic vicissim indemnitatem, sicuti iure communi
debitor principalis mandatario qualificato, praestare te-
netur. Ex his omnibus haud difficile putamus exquire-
re, quaenam sit obligatio consiliarii, seu personae ad
venditionem consilio concurrentis? Generaliter enim
tamquam intercedens subsidiarius est obligatus; specia-
tum tamquam mandatarius qualificatus. Nam si emtor
tamquam debitor principalis non solvat, consiliarius te-
netur ex fideiussione subsidiaria. Attamen solventi con-
sultori patet contra reum principalem regressus; adeo-
que beneficium cedendarum actionum, quo fideiussor non solum adversus principalem debitorem, e) verum

G

etiam

e) Vid. L. 4. pr. D. de fideiussoribus & mandatoribus L. 2. C. eod.

etiam aduersus confideiussores f) ad partes viriles petendas virtut iure communi, illi largiendum esse arbitramur. Sed quum iurisprudentia Lubecensis, sine cessione actionum concedens regressum contra confideiussores (§. XI.), praeoccupet hanc cessionum necessitatem & expeditionem; etiam consultori citra cessionem competere regressum tam contra debitorem principalem, quam contra eos, qui simul in solidum consilio accesserint contractui, haud immerito contendimus. Sit iam huius rei finis. Perspicuum enim est, quod evincere instituimus, maximam adfinitatem cum tacita indemnitas fideiussione habere commendationem & laudationem verbis consilii conceptam. Nam vidiimus, et si commendatio & consilium regulariter non involvat fideiussionem, nec induc mandatum, iure Lubecensi tamen introducendum esse, ut eiusmodi commendationes ac laudationes obligationem producant, tacitamque indemnitas fideiussionem involvant.

§. XVIII.

DE ACTIONIEBUS OCCASIONE MANDATI CONSILII INSTITVENDIS.

Supereft vt remedia allegemus, quibus personae ad mandatum consilii spectantes obligationem exigere, & in iudicio persequi possunt. Curatius vero in hoc capite procedere iudicamus, si venditoris & consiliarii ius agendi singulatim inspiciamus. Emotor autem, tamquam debitori principali, quum nullum ius agendi competit, quoniam res iam tradita est, cuius pretii solutionem venditor petit, sequitur nullam actionem intuitu mandati consilii ei concedendam esse. Venditor aduersus emtorem, qui qua debitor principalis in nexus obligationis manet, (§. XVII.), actione venditi ad pretium agit & ad omne id, quod ipsi ex contractu venditionis praefandum est. Dein autem, in casu

f) Vid. L. 17. 36. 39. 41. D. de L. II. 14. 21. C. eod.
fideiussoribus & mandatoribus

casu non praefitae ab emtore solutionis, contra consilia-
rium seu intercedentem actionem instituit, quam romani
actionem ex stipulatu dicunt. Sed quoniam, vt supra
(§. IV.) evicimus, sine villa stipulatione valide contrahi-
tur fideiussio ita, vt nos non indigeamus hoc actionis
nomine; atque constat, moribus nostris non convenire,
vt actionibus nomen specificum adtribuamus; appareat,
cur hac denominatione iuris romani in praxi non vta-
mur. Creditor autem illud idem intendit, quod roma-
nus actione ex stipulatu persequi studet. Nam agit con-
tra consiliarium, vt tamquam intercedens solvat. Si
quis autem hanc actionem nomine speciali insignire ef-
flagiter, eam, quum illud ius agendi ex iure singulari &
particulari Lubecensi oriatur, nominaremus *Conditionem*
ex statuto, ad exemplum conditionis ex lege iuris roma-
ni. Iam igitur de consiliario pauca addamus. Quem-
admodum fideiussori variis remediis prospectum est ad
recipiendum id quod dedit aut sustinuit, ita consiliarius,
postquam ex mandato consilii est compulsus, & vere sol-
vit, regressum habet contra emtorem tamquam debito-
rem principalem, vt indemnitatem praestet, si postea fa-
cultates aliquas adquirit. Itaque vii potest actione a cre-
ditore cessa, adeoque in hoc casu actione venditi cessa
contra reum principalem.

§. XIX.

DE PRUDENTIA CIVILI CIRCA MANDATVM CONSILII.

Quum pateat igitur ex hac tenus dictis, non tantam
consiliariis tribuendam esse auctoritatem, quia non o-
mnes ex bona fide loquuntur, nec quemquam ad con-
tractum consilio aut laudatione accedere debere, quia
obligationem involvunt; quaerendum erit hoc loco ma-
xime, quomodo & creditor & consiliarius sibi provide-
re possint? Affari autem eas personas mihi liceat: *Curate*
G. 2 *cautius*

cautius negotiari, ne in damnum incidatis. g) In quo monito pro vtraque persona generalis regula contineri videtur, vt quilibet ante constitutat animo, quid accidere possit in vtramque partem, nec temere quidquam agat aut committat, vt aliquando dicendum sit: *Non putaram.* Sed quoniam duae personae sunt, quarum altera negotium contrahit, altera ad illud consilio concurrit, in primis constituendum est singulatum, quid vniuersique in hac re sit officii. Ac primo quidem creditoris seu venditoris officium est, vt antea bene exploret, an consilium sibi expedit, & an alter contrahens fide dignus sit, h) quum nostrum etiam statutum caeteroquin alibi vetus illud tritumque sermone proverbium: *fide, sed cui, vide,* civibus suis commendet. i) Arque etiam, vt rixae evitentur & lites, creditor agit prudenter, si verbis impersonalibus consili, & indeterminatis, (quibus nostrum mandatum consilii continetur §. XVI.) non confidat simpliciter, atque in iis subsistat, k) sed intercessionem specificam & determinatam desideret, seu potius in mandatum qualificatum iuris communis vertat. Hoc autem fieri potest, si consilium adcipiens adsecurationem petat a consulente, se non aliter, quam ex fide consilii id factum:

g) Vid. L. 2. C. de furtis & servo corrupto. Quo monito Imperatores *Severus & Antoninus* contrahentibus commendare voluerunt, provida circumspetione gerenda esse omnia.

h) Cum enim credendum quisque sibi cavere debet, nec ignarus conditionis, cum quo contrahimus L. 19. D. de regulis iuris.

i) Statutorum Lubecensium Lib. 3. tit. 2. art. 2. in princ. his verbis: *Ein teglicher sehe wohl*

zu, wem er das Seine ausleihe und vertraue; & in fine adiicitur ratio: *Denn da jemand seinen Glauben gelassen, da muß er ihn wiederum suchen.*

k) Quia non omnes ex bona fide loquuntur aut elogia scribunt, vt MARCIANVS ait L. 6 pr. D. de custodia & exhibitione reorum. Cavendum igitur, ne adventatoribus patefacimus aures, nec adulari nos si manus, in quo falli facile est.

rum : Er wolle es auf seinen Rath, Wort oder Gefahr
thun. 1) Nam si consulens ad hanc conditionem taceat,
& admittat negotii executionem , non solum consilii
eventum & omne adcipientis factum adprobasse, verum
etiam periculum, damnum, interesse in se suscepisse re-
ste praesumitur. Nec minus sibi prospiciet venditor, si
consiliarium interroget, num de solutione velit teneri ;
Wollen Sie für die Bezahlung stehen ? Tum enim ex re-
sponsione data adparebit quid agendum sibi sit, & an
consiliarius aut commendator se obligat. m) Haec sunt
quaes a creditore observanda videntur necessaria, quan-
do quispiam consulendo vel sponte, vel ad instantiam ad
contractum eius adcedit. Superflua vero & inutilia ha-
bentur, quando consilia ex officio aut interveniente pre-
tio exiguntur. Iam vero quod ad consultorem spectat,
id cavemus, vt vanitatem orationis spernat, & dolo absti-
neat, quum fraus & malitia nunquam impunita sit , vt
adeo dignissimum notabile dictum, quod pueri olim Ro-
mae decantabant : n) *malum consilium consulti pessi-
mum*, o) etiam hodie ex legum auctoritate verissimum
habendum sit. Dein vero consiliarius cante concipiat
verba necesse est, ne iis mandatum aut persuasio exce-
dens conrineretur, quae dantem semper obligant. Quo-
circa consiliarius sibi prospicere potest, quando intentio-
nem se obligandi non habet, si dicat : v.c. suadeo tibi, vt

G 3

pecu-

1) Conf. Sam. STRYCK de
Cauteли contractuum sect. 2.
cap. II. §. 18.

m) Nec obstat impersonalis
responsio. Impersonalis enim
promissio quoad promittentem
tamen inducit obligationem,
quia ex praecedenti interrogati-
one interpretanda est L. 9. §. 5.
de interrogationibus in iure fa-
ciendis. conf. STRYCK c. I. sect.

2. cap. 5. §. 4. praeferit antem
HOPPII diss. de iure imper-
sonali.

n) Originem huius dicti ex-
plicat. Aul. GELLIVS in Noct
Attic. Lib. 4. cap. 5.

o) Germani id ipsum haud
ineleganter exprimunt ita : *Als
treß und Bosheit schlägt seinen
eignen Harn.*

pecuniam Titio credas, quod tamen tuo arbitrio relinquas;
 Ohne Massebung wäre dies mein Rath, vel Ich hielte es für
 gut und ratsam, daß Sie ihr Geld dem Titio leihen; allein ich
 heiße es Ihnen nicht, Sie mögen machen, was Sie wollen.
 Illud autem praecipue suademos, ut consiliarius protestationem
 consilio addat, se nolle de infelici successu teneri;
 v. c. dafür kann ich nicht stehen oder gut sagen; aut, quam-
 vis emitoris qualitates nonnullae exponantur, dicat: Sie
 können dem Herrn N. sicher creditire, ich kenne ihn, er hat
 Vermögen, doch müssen Sie freilich wissen, was Sie zu
 thun haben und ich kann dafür nicht stehen. Tum enim
 monstrat magis, quam mandat, etiam si laudet nomen; p)
 atque tempestive interposita protestatio, se commendatione
 sua obligari nolle, luculenter docet. Denique nihil
 superest quam monere, ut quisque, in primis autem qui
 sub lege Lubencensi vivunt, a consilio sponte dato, quod,
 licet generalibus & indeterminatis locutionibus concep-
 tum sit, tamen intercessionem parit, abstineat, nec te-
 mere quandam alterius fidei committat; sed ut animo
 semper infixi sint HORATII q) de commendatione ca-
 nentis versus, quos ob rei nostrae adfinitatem adponere
 nemo nobis vitio vertet.

*Qualem commendes, etiam atque etiam adspice; ne mox
 Incutiant aliena tibi peccata pudorem.
 Fallimur: & quondam non dignum tradimus, ergo
 Quem sua culpa premet deceptus omite tueri:
 Ut peritus notum, si tentent crimina, serves.
 Tuterisque tuo fidentem praesidio: qui
 Dente Theopino quem circumroditur, ecquid
 Ad te post paulo ventura pericula sentis?
 Nam tua res agitur, partes quam proximus ardet:
 Et neglecta solent incendia sumere vires.
 p) Vid. L. 2. D. de proxeneticis. q) Epist. Lib. i. epist. 18.*

T A N T V M .

CONSULTISSIMO ATQUE DIGNISSIMO
HONORVM DOCTORALIVM CANDIDATO
S. D.
P R A E S E S.

Qui nihil habet in vita iucundius vita, is cum virtute vitam non potest colere; Cum autem cultus eius publicae rei consulat, facile est iudicatu, eum, et si aeti longioris vitam sortitus, parum, aut fere nihil ad republicae salutem contulisse. O! inutile terrae caput! Vitam vero cum virtute colere, ad eamque actiones referre, gloriosum, & ad communem est accommodatum utilitatem, imo, quod principalius, fini vitae nostrae optime respondet. Mortalium enim imperfecta conditio, brevitasque vitae, in quocunque meditationem excitabunt, universas actiones nostras, omneque punctum vitae ad virtutem, qua mortales ad perfectionem ducuntur, revocandum esse. Ita vivendum est, quo honeste vitam circumagamus, gloria maneat. Sed prob dolor! Plura non dicam. Veritas odium parit. Dum autem, PRAESTANTISSIME DOMINE DOCTORANDE, intelligis me illis irasci, qui vita nihil habent iucundius, dum quoque Te scire cupio, hanc ipsam de vitiis vitae actam meditationem, indeque motum somnaculum, me ad Te adamandum suavius traduxisse. Oppositorum enim opposita est ratio, et dispar effectus. Indignationem excipit oblectatio. Etsi enim brevi ex tempore in Tuam cognitionem, et amicitiam veni, quotidiana tamen consuetudo, atque sermones Tecum conferendi opportunitas, me certissimum fecerunt, Te vitae iucunditatem non in vita, sed in virtute ponere excolenda, nec, (quae congio haec tempora invastit, latiusque manat,) extremae demum aetati, bonam mentem, bona consilia, virtutis exercitium

citium destinasse, probe penitentem, eius fortis homines, mortalitatis oblitos, tunc tandem vivere velle, cum desiderandum est. Quam eximie autem, Tu, DIGNISSIME CANDIDATE, in studiis et literis tempus consumferis, nec Ordinem nostrum, nec me sigillatim fugere potest. In utroque enim examine testes fumus solidissimae Tuae in Iure scientiae.

Laudes meritis unanimi consensu sunt tributae. Dignissimus habitus, qui ad summam in Iure honorum dignitatem, praemium virtutis, aspirares. Praeter vero ea, et haec ipsa Dissertatio, difficilorem locum Statutorum Lubecensem illustrans, specimen eximiae Iurisprudentiae publico offert. Egregium hunc laboris partum iure Tibi vindicas, nihilque meum esse ingenue fateor. Certe, si ad me quidquam referam, in oblectamento ex lectione orto persistit; Futuram autem ex suscipienda defensionis confacione voluptatem praevideo.

Gratulor itaque Tibi, CONSULTISSIME VIR, pro pediem adipiscendos Doctoris honores, quos ex Decreto Ordinis Nostris, & muneris, quo hoc tempore fungor, auctoritate, Tibi, Tuaeque scientiae dignitati, more maiorum libenter tribuam. Gratulor EXCELLENTISSIMO ATQUE EXPERIENTISSIMO PATRI TUO, fama, gloriaque celeberrimo, aegrotorum solatio gravi, firmissimo, de filio propriis meritis paternae gloriae se sociante. Age, CONSULTISSIME DOCTORANDE, pressim sequere optima haec vestigia, ut, quod firmiter spero, iuncta experientia, saucias iustitiae medelam afferre possis.

Summum Numen omnia consilia Tua, propositum, laboresque, sua gratia secundet, ut omnia in Dei gloriam, reipublicae literariae splendorem, et incrementum, atque iustitiae celebritatem tendant.

Vale, mihique, constanti Te amore prosequenti, fave. Dabam in Academ. Iul. Carolina, a. d. XV. Septembr. 1772 CCLXII.

PRAE-

PRAENOBILISSIMO ET CONSULTISSIMO
FRIDERICO GERHARDO VOGEL
IVRIVM CANDIDATO

S. P. D.

ALB. PHIL. FRICKIVS,

PROP. IVR. PVBL. EXTRAORD.

*Ita ergo descendes in locum amplissimum et auctoritatis plenissimum, ubi TVARVM laudum gloria, ILL. MEN-
EKENIO ICto, uti elogia mea supergresso, ita et de me meriti-
ssimo, praefide et comite, clarissime erit resonatura! Ita,
quod summa cum laude decurrebas, absoluis stadium uberrimam studiorum messem percepturus! Ita ornatissimis honore,
quem, futurum esse, nullus dubitat, ut TV ornes eximia
tua gloria bono publico coniuncta! Excitatur hoc splendido
TVORVM meritorum praemio non solum inclutae gentis
TVAE, sed et bonorum omnium pietas, iidemque TIBI,
CONSULTISSIME DOMINE CANDIDATE, ad summos
artis nostrae excelsae honores contendenti gratulantur plau-
duntque. Ego vero, quem summa dignatus es benevolentia,
inter tot faustas acclamationes me continere haud potui,
quin in societatem lactitia venirem. Quis enim verecundius
quam tanta proemia petiit, quis reportauit honestius?
Praeclara naturae bona earumque rerum, quas fortuna sup-
peditat, copiam ita ad virtutis usum convertisti, ut et aequalibus insigne praeberes exemplum, et optimi cuiusque*

H 2

amo-

amorem TIBI facile conciliares. Virtutem, probitatem,
integritatem in candidato magistratus requiri solere, ait
TVLLIVS; in quo, si qua praeterea est ars, facile acquie-
scimus. TV, vero CANDIDATE CONSULTISSIME,
quum non morum modo probitate longe excellas, mirifica-
que ingenii venustate, verum etiam artium ingenuorum iu-
risque scientiae studia sedulitate summa excolueris: maxima
Themidos decora propediem pariter ac olim magistratus,
iure TWO capies. Si nulla opinionum vanitus, si nullus
aetatis iuuenilis error, si nullae voluptatum illecebrae TE in
laudis cursu remorari potuerunt: quam iucunda rerum pul-
chre gerendarum spes praelucet in posterum! Cuius egregiae
spei tam ipse plurimas alias habeo cautiones, quam res
literaria ac publica habet hanc disputationem TVAM, in
quo e iure patrio caput eiusmodi, quod magnam literarum
copiam desideraret in eo, qui illud sibi explicandum sumfis-
set, ita exposuisti pariter ac illustrauisti, ut intelligere qui-
libet possit, TE, ad descendam parandamque Iuris scientiam
regia via incessisse. Sed ne in TVAM gratiam blandae ora-
tionis artificio irrepere videar: nolo in meritissimas TVAS
excurrere laudes. Potius Deum O. M. precor, ut conten-
tione magna, maxima, EXPERIENTISSIMI DOM. PA-
RENTIS TVI, cui omnes boni prosperitatem perpetuam ar-
dentius exoptant, merita affecturus, almae ciuitatis pa-
triae salutem TVIS quoque consiliis, officiis, studiis tuea-
ris, fulcias, augeas, bonisque tua virtute partis perfrua-
ris quam diutissime. Vale et ad ardua ita emitere, ne nostrarae
consuetudinis obliuiscare. Scrib. d. X. Sept. clo 19 CCLXII.

H. 1.
PRAENO-

PRAENOBILISSIMO PRAECLARISSIMO
DOCTISSIMO I. V. CANDIDATO
FRIDERICO GERHARDO VOGEL

AMICO INTEGERRIMO

S. P. D.

A. I. O. MENSCHING, LUBECENSIS

OPPONENS.

Non consuetudine quadam aut scribendi ardore factum est, ut haecce qualiacunque TVAE annexa velim dissertationi. Coniunctissimum, quod inter Nos intercessit, amicitiae vinculum, & sincera in TE animi propensio haecce requirebant, ut iure quodam exigi posse viderentur. Noli vero putas, me hac occasione in laudes TVAS prolixè excusurum fore; TVA Virtus alienae laudis minime est indigens, & omnibus quid merearis satis abunde notum. Consentunt omnes, & TE Iuvenem annis, eruditione Vi- rum admirantur. Consentunt omnes, TE TVO iam iure adhibitae diligentiae mercedem TIBI postulare potuisse. Sed quam ita receptum sit, ut ii, qui ad summos in ea scientia, cui omnem insumerunt vitam, honores aspirant, profectum

in eadem scientia acquisitorum publicum aliquid exhibeant
specimen, hoc non tantum omnium adplausu a TE pera-
ctum, sed & hac occasione obstante artissimo tenerrimae amici-
tiae vinculo mibi demandasti provinciam Opponentis ad-
versus doctissimam TVAM elaboratam dissertationem, idque
mibi dedisti negotii, ut ex officio tecum dissentire de-
beam. Repeto gratias, pro hoc novo amicitiae TVAE Spe-
cimine; Repeto eas, quas iam publice TIBI consecratas
esse censeo. Accipe vero A. S. vota ex intimo animi sa-
crario pro TVA incolumente provenientia. Faxit Sum-
mum Numen, ut iis honoribus, qui TIBI hodie ab Illustri
Iure Consultorum Ordine concedantur, usque ad summam
aetatem possis uti. Augeat, amplificetque novos, quos ho-
die consequutus es honores quibusvis aliis egregiis amplifi-
miske. Vive diu, in solatium PARENTIS OPTIMI:
Vive felix, & in partibus Reipublicae TIBI aliquando
crendis Religioni pariter ac Iustitiae inservire nunquam
define. Vale Amicorum Optime, in omnes partes beatissime
vale, me vero, qui TIBI per omnem vitam coniunctissimus
erit, amare, ut consuetus es facere, perge. Dab. Helmsta-
dii d. XIII. Septembr. c. I. 1772.

VIRO

VIRO
PRAENOBILISSIMO ATQVE CONSULTISSIMO
FRIDERICO GERHARDO VOGEL
SYMMORVM IN VTRIQUE IVRE HONORVM CANDIDATO
DIGNISSIMO
AMICO SVO AESTIVMATISSIMO
S. P. D.
NICOLAVS VON DER DECKEN, BREMENSIS
OPPONENS.

Etsi mihi tantum, per breve temporis spatium, TE Amicorum dilectissime, cognoscere contigerit; attamen TE non solum hoc brevi tempore, vt virum, omni virtutum generè ornatissimum, & ob eximiam TVAM eruditonem maxima laude omnino dignissimum, expertus sum; sed TE etiam propter morum TVORVM integritatem, atque suavitatem, quam maxime amabilem cognovi. Ex quo haec perspexi, fieri non potuit, quin TVAM amicitiam, TVAM familiaritatem, TVORVM morum, TVique amami, vere generosi, praestantia delectatus, summopere ambirem, casque, quovis pretio, expetendas putarem. Cumque adeo benignus in me fueris, vt me quoque amicitia TVA non plane indignum putaveris, meque in numerum amicorum TVORVM suscipere dignatus sis; non intermittere possum, quin TIBI, tam idonea mihi oblata occasione, gratum meum declarem animum. Iam autem novum amicitiae, atque amoris in me singularis edis documentum, Opponentis mihi Spartam tradendo, meque testem singularis TVAE eruditonis constituendo. Permittas itaque quaequo, sum iam in eo sit, vt propediem Dissertationem TVAM, abs TE quam eruditissime elaboratam publice, ad consequendos rite in utroque iure honores, defensurus sis, me TIBI & de hoc insigni, eruditonis TVAE plane singularis, specimine, nec non de summis honoribus, ex animo gratulari. Quod reliquum est, nihil magis in votis habeo, quam vt me quoque in posterum, ea, qua hucusque coniueristi, amicitia atque amore complecti velis: & hoc est, quod mixe abs TE contendeo. Dabam Helmstadii d. X. Septembr. MDCCCLXII.

¶¶¶¶¶

VIRG

LUDWIGERICUS GERHARDO VOLGER
TACITURNILISIMO ATQVE CONSERTISSIMO
DILECTIONIS
DILECTIONIS

AMICO QDZ AERATUMATISSIMO

ERRATA.

Pag. 8. lin. 3. pro affectu, leg. effectu. ibid. not. i) lin. 4. pro mutuo, l. mutua, pag. 11. lin. 13. pro perfidia, l. perfidiae. pag. 13. lin. 7. pro niemini, l. nemini. pag. 14. lin. 2. pro nonnulla, l. nonnullae. pag. 15. lin. 11. post verba creditorem cogi, inf. deiussorum heredes liberare aliosque. pag. 18. lin. 11. pro prolati, l. probati. ibid. lin. 18. pro hoc, l. hac. ibid. lin. 19. pro qoniām, l. quoniam. pag. 19. in not. m) pro lit. e), l. lit. l). pag. 23. not. e) lin. 3. pro 196., l. 190. ibid. lin. 14. pro Ducato, l. Ducatu. pag. 25. not. s) lin. 3. pro Beschreibung, l. Abhandlung. pag. 28. not. z) lin. 2. pro auctoribus, l. auctoritas. ibid. not. z) lin. 10. pro emendatione, l. commentatione. pag. 32. lin. 4. pro ipfi, l. ipfis. pag. 39. not. e) lin. 3. pro lit. k) & l), leg. g) & h). pag. 40. not. f) lin. 2. pro lit. n), leg. m). pag. 41. lin. 20. pro mandati, l. mandati qualificati. pag. 44. lin. 5. pro confilio, l. confili. pag. 45. lin. 14. post sufficere, inf. bona.

66 66 66 66

ULB Halle
003 742 423

3



f

TA → OL

nur Tit 3 Stück verknüpft

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



DISSESTITO IN AVGVRALIS IVRIDICA

DE

MANDATO CONSILII
AD STATVTVM IVRIS LVBECEENSIS
LIB. III. TIT. X. ART. VNIC.

QVAM
ILLVSTRIS IVRISCONSVLTORVM ORDINIS AVCTORITATE
SVB PRAESIDIO
VIRI ILLVSTRIS ET CONSVLTISSIMI

GODOFREDI LVDOVICI
MENCKEN

IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS, SERENISSIMO DVCI
REGNANTI A CONSILIIS AVLICIS, CVRIAEC PROVINCIALIS
GVELPHERBYTANAE ASSESSORIS ORDINARI, PROFESSORIS
IVRIS PVBLICI ORDINARI, ET FACVLTATIS IVRIDICAE
ORDINARI ET SENIORIS, EIVSDEMQUE H. T.
DECANI ET PROMOTORIS

PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS
RITE CAPESENDIS

PUBLICAE DISQVISITIONI SVBMITTIT

AVCTOR
FRIDERICVS GERHARDVS VOGEL
LVBECENSIS.

A. D. XVII. SEPTEMBR. c170 CCLXII. H. L. Q. C.

HELMSTADII
TYPIS JOHANNIS DRIMBORNII.